Wiener Stadt-Bibliothek
T
110191 B

Ex. libris. Max. de. Bourscheim

Nr. 1670.

INTRODUCTIO
IN OPUS COLLECTIONIS
NORMALIUM
CONSTITUTORUM,
QUAE
REGNANTE AUGUST. IMPERATORE ET REGE APOSTOL.
JOSEPHO II.
PRO REGNO HUNGARIAE ET EI ADNEXIS PROVINCIIS,
MAGNO ITEM PRINCIPATU TRANSILVANIAE
CONDITA SUNT.

AUCTORE JOSEPHO KERESZTURY DE SZINERSZEK, AGENT. AUL.

PARS I.



VIENNAE,
TYPIS JOSEPHI NOBILIS DE KURZBEK, CAES. REG. AUL. TYPOGR. ET BIBLIOPOLAE.
M.DCC.LXXX.VIII.

B 110 191

Universitätsbibliothek

Y.U.
15495



Prooemium.

Posteaquam Augustiſsimus Imperator et Rex JOSEPHUS II. Maria Theresia, immortalis memoriae Principe, Matre ſua, e vivorum numero ſublata, vastorum Regnorum ſuorum, Provinciarumque hereditariarum gubernacula capeſsiviſset, eam praecipuam, alteque animo ſuo defixam eſse curam, atque ſollicitudinem primo statim regiminis ſui in limine prodidit, ut faciliorem, simplicioremque, qua publica deinceps tractarentur negotia, methodum, normamque in omnibus quasi Reipublicae partibus induceret, constabiliretque.

Magni hujus, ac in communem populorum Augustae Domui Austriacae

Vorrede.

Als Kaiſer und König Joſeph II., nach dem Hintritte der in den Herzen ihrer Unterthanen unſterblichen Fürſtinn Mar. Thereſia, die Regierung ſeiner ausgebreiteten Erbreiche und Staaten übernahm, gab er, ſo zu ſagen, gleich bei dem erſten Schritte auf der neuen Laufbahn die ſeinem Gemüthe tief eingeprägte Sorgfalt und feſte Entſchlieſſung zu erkennen, in allen Theilen des Staats und der öffentlichen Verwaltung eine leichtere und einfachere Behandlungsart der Geſchäfte einzuführen, und feſtzuſetzen.

Ein ſo wichtiges auf das Wohl aller dem öſterreichiſchen Scepter unterwor-

cae subjectorum utilitatem directi operis molitio, et constructio necesario multiplicem Constitutorum, Edictorumque, *Normam* statuentium, seriem producere debuit, quorum cognitio cuilibet Patriae Civi, praesertim vero illis, quorum muneris est summo Principi in publicorum negotiorum administratione sociam quasi operam praestare, non utilis modo, sed omnino etiam necesaria est. *Omnes Reipublicae Administri debent*, verba sunt ipsius Augustissimi Imperatoris in elegantissima paraenesi ad eosdem 1 Dec. anni 1783 data, *cuncta a me edita generalia, normamque statuentia Constituta juxta concreditam sibi publicae rerum administrationis partem e tabulariis actorum denuo excipere, colligere, collecta ea cum diligentia pervolvere, et scrutari, ut genuinum eorum sensum, scopumque, quo spectant, penitus perspiciant.*

fener Völkerschaften abzweckendes Unternehmen, mußte nothwendig eine vielfache Reihe von Verordnungen und Verfügungen hervorbringen, die zur allgemeinen Richtschnur dienen, und deren Kenntniß daher jedem Unterthane des Staats, besonders aber denjenigen, welche der Landesfürst in der öffentlichen Verwaltung als Gehülfen und Werkzeuge anwendet, nicht bloß nützlich, sondern unentbehrlich ist. Der Kaiser König selbst befiehlt in dem vortreflichen unter dem 1. Dezemb. d. J. 1783 an alle Staatsbeamten erlassenen Unterrichte, „ dieselben sollen, „ nach Maßgebung des ihnen anvertrau- „ ten Faches der Staatsverwaltung, al- „ le ergangenen Hauptentschliessungen und „ Vorschriften neuerdings erheben, sam- „ meln, fleißig durchgehen und lesen, „ damit jeder den wahren Sinn derselben „ und deren Absichten sich ganz eigen ma- „ che " —

At quanti res laboris est, tam multiplicia, quae in omni negotiorum publicorum genere hucusque edita sunt, Constituta rite perlegere, sensum eorum scopumque perspicere, atque exe-

Aber was für ein beschwerliches Unternehmen wäre es, die vielfältigen über alle Zweige der öffentlichen Verwaltung erschienene Verordnungen zweckmäßig zu durchlesen, in derselben Geist gehörig ein- zu-

executionem in omnibus partibus procurare, nisi diligenti studio collecta, atque in rectum ordinem digesta sint. Etsi enim sapientissime sancitum sit, ut Regia haec Constituta de pago ad pagum per Literas publicas *Currentales* dictas mitterentur, in publicas tabulas *(protocolla)* referrentur, ephemeridibus insererentur, atque in templis etiam e cathedra promulgarentur, cuncta tamen haec adminicula ad plenam eorundem cognitionem haud sufficere palam est. Currentalibus etenim Literis non omnia in quovis genere edita Constituta vulgantur, nec etiam in omni loco Notarii adsunt, qui ea rite in publicas tabulas referant. Huc accedit, quod privatis seu nobilibus, seu aliis incolis saepe nec tempus, nec modus suppetat, ad publicas hasce Tabulas, quoties res postulat, accedendi, et, quae vellent, transscribendi. Ephemerides autem praeterquam quod ad paucorum manus perveniant, Constituta Regia non in unum collecta, sed diversis in foliis, prout diversis temporibus in lucem dantur, disjecta, nec pleno etiam numero exhibent. Quod ad promulgatio-

zubringen, und ihre Vollziehung zu bewirken, wenn sie nicht mit Fleiß gesammelt und in Ordnung gesetzt wären? Denn obschon, einer weisen Vorschrift gemäß, alle erscheinenden Verordnungen von einer Ortschaft zur andern durch sogenannte **Circularien** geschickt, in die öffentlichen Protokolle eingetragen, in die Zeitungen gedruckt, selbst in den Kirchen von der Kanzel herab bekannt gemacht werden, so ist es doch offenbar, daß alle diese Hülfsmittel noch nicht zureichen, eine vollständige und zusammenhangende Kenntniß davon zu erlangen: durch die Circularien werden nicht alle Verordnungen jeder Art bekannt gemacht; es gibt auch nicht aller Orten Notaren, welche diese Verordnungen gehörig eintragen könnten. Dazu kommt noch, daß Privatpersonen, Edelleute sowohl als Unterthanen, weder Zeit noch Gelegenheit haben, so oft sie sich in dem Falle befinden, die öffentlichen Protokolle nachzuschlagen, und was sie brauchen, abzuschreiben. Zeitungen aber, ausser dem, daß sie in wenig Hände kommen, enthalten auch die Verordnungen nie beisammen, sondern auf verschiedenen Blättern zerstreut, wie sie zu verschiedenen Zeiten erscheinen, ohne Ord-

nung

tionem in cathedris attinet, huic nec omnes, quorum ea scire interest, praesentes adsunt, nec omnia etiam in illis promulgantur, ac denique, quae auditu tantum percipiuntur, nec satis clare saepe intelliguntur, nec memoria etiam retinentur.

nung und Vollständigkeit. Was endlich die Kundmachung von der Kanzel betrift, so sind dabei weder alle Personen zugegen, welche die Sache angehen kann, noch werden hier alle Verordnungen abgelesen. Auch weis man, daß Sachen, die man nur ablesen hört, oft nicht deutlich genug verstanden, selten genau im Gedächtniß erhalten werden.

Collectio quidem jam aliqua normalium Constitutorum et Vindobonae, et Pragae, ac aliis etiam quibusdam in Civitatibus concinnata, atque typis data est, sed cum his ea tantummodo Constituta, quae in usum Germanicarum Provinciarum hereditariarum edita sunt, contineantur, exiguam eorum partem Regno Hungariae usui esse posse perspicuum est. Quin cum multa aliter in Germania, in Hungaria aliter constituta, praeterea complura etiam in Hungaria sancita fuerint, quae in Germania locum habere nequeunt, et vicissim, profecto lectionem ejusmodi collectionum non eam, quae inde sperari deberet, adferre utilitatem, in aprico est. Quid quod memoratae collectiones lingua germanica editae fuerint, sat mag-

Es sind aus dieser Ursache zwar schon verschiedene Sammlungen der Josephinischen Verordnungen zu **Wien** sowohl als zu **Prag**, und in andern Städten verfertiget, und in Druck gegeben worden; da aber dieselben nur die für die k. k. deutschen und böhmischen Erbländer ergangenen Verordnungen enthalten, so sind sie nur theilweise für **Ungarn** brauchbar; denn da einige Verfügungen anders für **Oesterreich**, anders für **Ungarn** vorgeschrieben wurden, ausser dem einige für **Ungarn** ergangen sind, die in **Oesterreich** nicht Statt haben können, und so auch im Gegentheile, so kann die Durchlesung solcher Sammlungen nicht den davon zu erwartenden Nutzen hervorbringen. Endlich bestehen gedachte Sammlungen auch nur allein in deutscher Sprache, da

doch

magna autem pars Hungariae sit, quae idioma istud adhuc ignorat, aut certe necdum eum illius linguae usum habet, ut verum Constitutorum sensum, prout necesum est, perspicere posit.

Haec cum animo expenderem, rem sane utilisimam, gratisimamque Patriae meae, quam sincero semper amore prosequor, me praestiturum existimavi, si laboriosum non minus quam sumtuosum colligendorum, edendorumque, quae regnante Augustisimo Imperatore, et Rege Apostolico, pro Regno Hungariae, Partibusque adnexis, uti et Magno Principatu Transilvaniae condita sunt, Constitutorum opus susciperem. Qua in re me votis popularium meorum eo certius facturum satis spero, quod et Regia Hungarica Dicasteria, ac Tribunalia, quibus instituti mei rationem proposui, mihi animos, ut opus tam utile aggrederer, addiderint, atque adminicula eam in rem necesaria benevole appromiserint, ac suppeditaverint, et ipse etiam Augustisimus Imperator ac Rex benignum mihi eum in finem privilegium Regium die 17 Aug. anno 1786 editum concesserit.

doch ein sehr grosser Theil von Ungarn in derselben noch gar nicht bewandert ist, oder doch nicht diejenige Fertigkeit erreicht hat, welche den Sinn der in dieser Sprache geschriebenen Gesetze gehörig zu fassen, erforderlich ist.

Durch diese Betrachtungen geleitet habe ich vermeinet, es würde meinem vielgeliebten Vaterlande eben so nützlich als willkommen seyn, wenn ich die mit nicht weniger Mühe als Aufwand verbundene Arbeit übernähme, alle unter der Regierung St. K. K. Maj. für das Königreich Ungarn und Großfürstenthum Siebenbürgen erschienenen Verordnungen zu sammeln und herauszugeben. Ich darf auch hoffen bei dieser Unternehmung den Forderungen meiner Landesleute um so mehr Genüge zu leisten, da sowohl die königl. ungarischen politischen und Gerichtsstellen, als ich ihnen mein Vorhaben bekannt machte, mich dazu nicht nur aufmunterten, und ihrer wirksamsten Unterstützung versicherten, sondern auch Se. Maj. selbst mir dazu unter dem 17. Aug. des J. 1786 ein königl. Privilegium huldreich verliehen haben.

In elaboratione operis hujus longe aliam, quam in ullis hucusque editis collectionibus factum est, rationem inivi. Non enim satis esse videbatur, Constituta Regia mechanice tantum secundum annorum, quibus edita sunt, seriem colligere, et ita collecta promiscue, prout aliud aliud in eadem materia sequitur, Lectoribus exhibere, sed eo vel maxime labor et studium impensum est, ut Constituta omnia ad eandem materiam pertinentia, hac ipsa in suas partes rite divisa, colligerentur, atque ita, quidquid ad praesentem usque annum una eademque in re constitutum est, in serie continua ob oculos poneretur.

Hac re fiet, ut quidquid aliqua in materia sancitum est, non in diversis operis partibus quaerendum sit, sed in eadem reperiatur.

Quamvis autem praecipuus meus scopus sit, eas Constitutiones, quae sub JOSEPHO II. Imperatore et Rege prodiverunt, hoc opere complecti: nihi-

Bei Bearbeitung dieser Sammlung habe ich einen ganz andern Weg eingeschlagen, als welcher bisher bei ähnlichen Sammlungen befolgt wurde; denn es schien mir nicht genug die königl. Verordnungen nur mechanisch nach der Zeitfolge, in der sie erschienen, zusammen zu schichten, sondern ich nahm mühesamen Bedacht, alle Verordnungen nach den Gegenständen, worauf sie sich beziehen, in verschiedene Fächer abzutheilen, damit man immer alles, was in der nähmlichen Sache bis zu dem gegenwärtigen Jahr angeordnet worden ist, in einer gleichsam aus sich selbst folgenden ununterbrochenen Reihe übersehen könne.

Auf solche Art wird der Leser alles, was in der nähmlichen Sache vorgeschrieben ist, in einem Theile finden, und darf nicht erst in verschiedenen Bänden ordnungslos zerstreute Stückwerke mit Mühe zusammensuchen.

Obschon mein Hauptendzweck darin besteht, diejenigen Verordnungen, welche unter K. K. Josephs II. Regierung erschienen sind, in diesem Werke zusammen

ter-

hilo tamen minus, si quae occurrerent, quae cum antecedentibus nexum habeant, has quoque non indicare solum, sed, quantum ad earum intellectum necessariae esse videbuntur, ipsi etiam operi inserere haud praetermittam.

zu fassen, so werde ich dennoch nicht unterlassen, in Fällen, wo neuere Verordnungen sich auf ältere berufen oder beziehen, auch diese, in so weit es zur Deutlichkeit erforderlich ist, ganz oder theilweise beizufügen.

Sed jam de ipsa rerum pertractandarum dispositione aliquid dicendum. Qua in re non quidem systema aliquod scholasticum anxie sectari, ita tamen procedere animo propositum est, ut in collectione politicarum Ordinationum pars parti, materia materiae cohaereat, atque ita unum ex altero emanare videatur, utque ipsa haec rerum distributio ad eam, quae in tractandis negotiis apud Dicasteria obtinet, quam maxime accedat. Opus itaque universum in partes generales ratione simplicissima ita dividetur, ut Partem primam Politicarum Ordinationum, quae propediem typis dabitur, *Administratio publicorum negotiorum*, alteram *Politia*, sive ea, quae ad sanitatem, securitatem, commoditatemque Civium pertinent, reliquas

Was die Ordnung in Behandlung der Gegenstände betrift, so habe ich zwar nicht eben irgend ein Lehrsystem ängstlich befolgen, jedoch in so weit sorgfältigen Bedacht zu nehmen beschlossen, daß in der Sammlung der **politischen** Normalverordnungen ein Theil mit den andern, und Gegenstände der nähmlichen Art immer im Zusammenhange stehen, einer dem andern gleichsam die Hand biete, und überhaupt die Eintheilung, welche in den öffentlichen Aemtern statt hat, so viel möglich, sich nähere. Daher wird der erste Theil der politischen Sammlung, welcher im Druck erscheinet, die Verwaltung der Staatsgeschäfte, der anderen die Anordnungen im Polizeifache, diejenigen nähmlich, welche sich auf die Sicherheit und Bequemlichkeit des gesellschaftlichen Lebens beziehen, enthalten, die folgenden

Religio, Literae, Oeconomia, Commercium, Militaria, Cameralia, etc. suo ordine constituant.

aber von Religions = Schul = Landwirthschafts = Handlungs = Militar = und Kameralangelegenheiten, der angemessenen Ordnung nach, handeln.

Si quae partium generalium ob amplam rerum in ea pertractandarum copiam uno tomo comprehendi non posit, addetur secundus, et si progressu temporis eadem in materia plura Constituta conderentur, aut priora aliqua in parte mutarentur, vel explanarentur, futuris annis etiam tertius, quartusve tomus accedet. Hac itaque ratione materiae in aliqua principalium harum partium pertractatae in uno quasi filo decurrent, neque eas longo et fastidioso labore in diversis partibus conquirere, ac colligere necesse erit.

Wenn eine dieser Hauptabtheilungen, wegen Vielfältigkeit des Stoffes, in einem Bande sich nicht zusammenfassen läßt, wird ein zweiter beigefügt, und wenn in der Folge über den nähmlichen Gegenstand mehrere Verfügungen ergingen, oder einige der vorigen erläutert, oder ganz, oder zum Theil abgeändert würden, so soll auch ein dritter und vierter Band nachgetragen werden, damit die Hauptgegenstände immer im Zusammenhange verbleiben.

Tomi dividentur in capita, haec in paragraphos. Parti cuilibet adnectetur index, in quo facile, quae quis scire desiderat, invenire licebit.

Alle Theile werden wieder in Hauptstücke, diese in Abschnitte abgesöndert; jedem Theile wird ein vollständiges Register beigefügt, um das Nachschlagen zu erleichtern.

Collectio Ordinationum juridicarum tum ob vastitatem rei judiciariae, tum

Die Sammlung der in **Rechtssachen** ergangenen Verordnungen wird zur Ver-

tum ob commoditatem ementium a politicis plene separabitur, et in tot tomos, quot materiarum varietas et amplitudo exiget, dividetur.

Visum est, utrique collectioni hanc, quae nunc in lucem prodit, omnium, quae administrari debent, Reipublicae partium, eorumque, quibus res Hungariae reguntur, Dicasteriorum, Tribunalium, et Magistratuum descriptionem, velut quandam in opus universum introductionem praemittere; cujus alter scopus non est, quam ut ii Lectores, quibus publicae Regni Hungariae administrationis veteris, novaeque systema penitius, suaque in integritate cognoscendi occasio hactenus defuit, per omnes Reipublicae Hungaricae partes ducantur, quid antehac fuerit, quid, quave de causa in praesens constitutum sit, ostendatur, atque ita animi eorum, necessariis imbuti notitiis, ad ea, quae in ipso collectionis Regiorum Constitutorum opere sequentur, magis intelligenda quodammodo praeparentur.

Bequemlichkeit der Käufer von der politischen Sammlung gänzlich getrennet, und als ein besonders Werk in so viel Bände, als die Verschiedenheit und Weitläufigkeit der Gegenstände erfordern dürfte, eingetheilet werden.

Vor allem schien es dem Herausgeber nöthig, für beide Sammlungen die hier erscheinende Einleitung zu bearbeiten, und herauszugeben, welche die Ordnung der öffentlichen Staatsverwaltung, und der Schilderung aller Stellen und Magistrate enthält. Der Hauptendzweck dabei ist, Leser, welchen vielleicht das System der ältern und neuern ungarischen Staatsverwaltung entweder gar nicht, oder nicht vollkommen genug bekannt ist, durch alle Fächer derselben zu führen, was ehedem war, und was nun verfügt worden ist, und in welcher Absicht die Veränderungen vorgegangen sind, zu zeigen, und so gleichsam das Gemüth der Leser durch diese Kenntnisse zum bessern Verständnisse der in den folgenden Bänden enthaltenen Gesetzsammlung vorzubereiten.

Et Introductionem, quae nunc praelo datur, et ipsa Constituta Regia, diligenti eam ob rem deliberatione adhibita, non Latina modo, sed Germanica etiam lingua ita, ut illa primam, haec secundam in qualibet paginae facie columnam occupet, typis edere visum est. Rem etenim sane gratissimam, utilissimam certe popularibus meis, qui nunc linguae Germanicae perdiscendae, sine cujus notitia nullum deinceps munus publicum assequi licebit, toto animo ubivis operam navant, me praestiturum existimo, dum modum iis hac ratione praebeo, quo perfectam ejus linguae cognitionem facillime consequi, sensusque suos quacunque in materia, seu politica, seu cameralis, aut juridica sit, hocce idiomate exprimere possint. Adde et illud, quod ex opere hoc duplici lingua scripto longe amplior utilitas enascitura sit.

Sowohl die hier folgenden Einleitungen als die königl. Verordnungen hat man für zuträglich errachtet, nicht nur in lateinischer, sondern zugleich auch in deutscher Sprache so zusammen herauszugeben, daß jene die erste, diese die zweite Spalte jedes Blattes einnimmt. Der Herausgeber glaubte seinen Landesleuten, die sich itzt auf die Erlernung der deutschen Sprache, ohne welche in Zukunft kein öffentliches Amt mehr zu erlangen seyn wird, allenthalben verlegen, auch dadurch nützlich zu werden, wenn er ihnen zugleich ein Mittel an die Hand gibt, sich in dieser Sprache zu vervollkommen, und ihre Gedanken über jeden ihnen vorkommenden Gegenstand, er mag politischen, kameralischen, oder juridischen Inhalts seyn, in derselben auszudrücken.

Cum enim magnam Hungariae et Transilvaniae partem Germani incolant, multarum praeterea Dynastiarum Praefecti Germani sint, iis, etsi linguae

Ausser dem ist auch in Betracht zu ziehen, daß **Ungarn** sowohl als **Siebenbürgen** zum Theil von Deutschen bewohnet ist, auch die Vorsteher vieler Herr-

guae Latinae ignari sint, opus istud usui erit. Ita ipsi etiam sexui muliebri utilitatem inde capere licebit. In omni certe rite ordinata domo curarum domesticarum moles inter virum et uxorem dividitur, an non igitur dignum est, ut mulieres in partem curarum vocatae in publicarum etiam dispositionum cognitionem veniant? Id vero cumprimis in Regno Hungariae matribusfamilias necessarium est, in quas nempe, mortuis maritis, directio Bonorum, tutela prolium, processuum viventibus maritis suscitatorum continuatio, plurimaque alia maximi momenti negotia recidunt. Quam facile hae varios in errores induci possunt, nisi cursum negotiorum publicorum, limites, juraque jurisdictionis dominalis aliqua ratione noscant, aut certe ejusmodi opus in promtu habeant, unde sincerum, nullique fraudi obnoxium consilium suapte capere possint?

Herrschaftsgüter Deutsche sind, die zum Theil der lateinischen Sprache nicht kundig sind, aber doch die Verordnungen nothwendig kennen müssen. Selbst das weibliche Geschlecht wird auf solche Art dieses Werk benützen können: und warum sollte dieses Geschlecht, das in jedem wohlgeordneten Hauswesen die Sorgfalt für dasselbe mit dem Gatten theilet, nicht auch mit demselben die Kenntniß der öffentlichen Angelegenheiten und der Landesverfassung gemein haben? In Ungarn ist diese Kenntniß den Frauen um so nothwendiger, da sie nach dem Tode der Ehemänner in die Verwaltung der Güter, die Vormundschaften über ihre Kinder und andere wichtige Geschäfte eintreten, oft auch die Prozesse der verstorbenen Ehemänner übernehmen und betreiben müssen, und zu leicht in Irrthümer verführt und getäuscht werden können, wenn sie den Gang der Geschäfte, und die Gränzen ihrer Rechte und Befugnisse nicht einigermassen genau nach den neuen Anordnungen kennen, oder wenigstens ein solches Werk bei Handen haben, wo sie sich eines getreuen, sichern und unverdächtigen Raths erholen können.

Quod ad stilum Latinum attinet, potius planum, tersum et perspicuum, quam affectatum nimis et anxie ad puritatem sermonis Ciceroniani exactum adoptare visum est. Opus istud non pro eruditis tantum, sed pro omni hominum classe scribitur. Quamobrem saepe vocabula, licet minus Latina, usu tamen in Hungaria recepta, et jam quasi civitate donata, adhibere oportuit. Et sane intelligi, ac prodesse, quam stilo laudem quaerere praestat.

Was den lateinischen Stil betrift, so glaubte man, es wäre zweckmäßiger sich einer reinen, deutlichen und fliessenden, als einer schwülstigen und zu ängstlichen nach Ciceros Zierlichkeit gearteten Schreibart zu befleissen, indem das Werk nicht für Gelehrte allein, sondern für alle Stände bestimmt ist; daher nahm man manchmal Ausdrücke auf, die, obschon sie sich nicht durch klassische Schriftsteller rechtfertigen lassen, doch in Ungarn allgemein angenommen sind, und gleichsam das Bürgerrecht erhalten haben. Verstanden werden und nutzen schien mir verdienstlicher als der Ruhm einer glänzenden Schreibart.

Pari ratione in Germanica versione id potissimum spectatum est, ut Hungaris linguae hujus cognitio facilior, ipsumque opus, quoad fieri possit, puro, planoque stilo omnibus quam maxime perspicuum redderetur. Eam ob rem vocabula Latina, quae in tractandis negotiis, praesertim vero in juridicis usu recepta sunt, partim retenta, partim vero, dum Germanica ejusdem significationis, licet minus usi-

Eben so hat man auch in der deutschen Sprache die Absicht, den Ungarn die Erlernung dieser Sprache zu erleichtern, nie aus den Augen gesetzt, und so viel möglich durch eine reine und ungekünstelte Schreibart die höchste Verständlichkeit zu erreichen sich zum Hauptgesetze gemacht. Wo lateinische Ausdrücke in den Geschäften, besonders Rechtssachen angenommen sind, hat man dieselben theils beibehalten, theils auch, wenn gleichbe-

deu-

usitata, suppetebant, haec quoque adhibita, ut ista quoque ex parte verborum copia ea in lingua ampliaretur. Universim et idiotismum, et orthographiam Clarifs. D. Adelung, de lingua Germanica optime meriti auctoris sequi conati sumus.

deutende, obschon weniger übliche deutsche Benennungen vorhanden waren, letztere aufgenommen, um auch von dieser Seite zur Erweiterung der Sprache beizutragen. Ueberhaupt hat man sich beflissen, in Ansehung der Ausdrücke und der Rechtschreibung, dem schätzbaren Gesetzgeber in der deutschen Sprache, Herrn **Adelung** zu folgen.

In opere adeo vasto egregiam mihi operam praestiterunt Domini Antonius de Renzenberg, antehac elegantioris literaturae Professor, et Conradus Bartsch, qui isthic publicum munus gerit, ambo veteri mihi amicitia juncti, quorum prior me in colligendis, digerendis, et vertendis etiam in Latinum Regiis Constitutis, alter vero in iisdem in Germanicam linguam transponendis adjuverunt. Hos proinde hic honoris causa nomino.

Bei diesen Bemühungen haben mir zwei Freunde, die ich Ehren halber hier nenne, Herr Anton von **Renzenberg**, ehemahliger Lehrer der schönen Wissenschaften, und Herr Konrad **Bartsch**, welcher hier ein öffentliches Amt in k. k. Diensten bekleidet, hülfreiche Hand geleistet, und ersterer vorzüglich die Sammlung der Verordnungen, Bearbeitung und Uebersetzungen in das Lateinische, letzterer die Uebersetzungen in die deutsche Sprache besorget.

Iis vero, qui mihi praesertim Budae in supremo Justitiae Tribunali, et Consilio Regio Locumtenentiali in conquirendis Constitutis normalibus opera, aut consilio adjumento fuere, pu-

Denjenigen, welche mich, besonders zu **Ofen** bei der obersten Gerichtsstelle und bei der Statthalterei, in Aufsammlung der Verordnungen, gütigst unterstützt haben, sey hier öffentlicher Dank ge-

publicas ago gratias, simulque cariſsimos Populares meos enixe oro, ut, si quid ad absolutionem operis deeſse videbitur, aut rem majoris momenti omiſsam animadverterint, literis me de eo certiorem reddere, et, quae deſunt, ſubministrare ne graventur. Ita non ſolum me sibi maximopere devincient, ſed et Patriae, cujus majus emolumentum probos Cives in omnibus ſpectare, et quoad licet, etiam procurare, et efficere oportet, haud leve obsequium praestabunt.

gesagt. Zugleich bitte ich meine werthesten Landesleute, wenn sie finden, daß irgend etwas an der Vollkommenheit meines Werkes gebricht, oder daß ein wichtiger Umstand etwann übersehen worden ist, um die Gewogenheit mich deswegen schriftlich anzugehen und zu erinnern. Sie werden nicht allein mich ihnen sehr verpflichten, sondern auch dem gesammten Vaterlande, dessen Bestes rechtschaffene Bürger in allen Anlässen gerne befördern, einen nicht unwichtigen Dienst leisten.

Datum Vindobonae die 1 Maji anno 1788.

Wien den 1ten Mai 1788.

Joſephus Kereſztury de Szinerſzek.

Joseph Kerestury von Sinersek.

In=

Elenchus Materiarum.

Caput I.

Praeliminares notitiae.

§. 1. Antiqua Hungariae divisio.
2. Hungariae nova divisio.
3. Comitatuum numerus antiquus.
4. Comitatuum hodiernus numerus.
5. Comitatuum subdivisio in Processus, et Numeros.
6. Civitates, et Privilegiati Districtus.
7. Tabella generalis Hungariae.
8. Antiqua Transilvaniae divisio.
9. Nova Transilvaniae divisio, ejusdem tabella.

Caput II.

De Cancellaria Aulica.

§. 10. Status Cancellariae sub M. Theresia.
11. Cancellaria Regia sub Josepho II. novam faciem obtinet.
12. Camera Aulica cum Cancellaria jungitur.
13. Cancellariae Transilvanicae cum Hungarica conjunctio.
14. Suprema Commissio Postalis Aulica tollitur.
15. Cancellaria Aulica augetur.
16. Nonnulla negotia a Cancellaria separantur.
17. Commissio Ecclesiastica.
18. Commissio Studiorum.
19. Commissio piarum Fundationum.
20. Commissio Aedilis.
21. Directio Bancalis et Tricesimalis.

Inhalt.

Erstes Hauptstück.

Vorerkenntnisse.

§. 1. Ehemahlige Eintheilung von Ungarn.
2. Neue Eintheilung.
3. Ehemahlige Anzahl der Gespanschaften.
4. Gegenwärtige Anzahl derselben.
5. Unterabtheilung der Gespanschaften.
6. Königliche Städte und Freibezirke.
7. Allgemeine Uebersicht.
8. Ehemahlige Eintheilung von Siebenbürgen.
9. Siebenbürgens neue Eintheilung: allgemeine Uebersicht.

Zweites Hauptstück.

Von der Ungarisch-Siebenbürgischen Hofkanzellei.

§. 10. Zustand der Hofkanzellei unter Maria Theresia.
11. Die Hofkanzellei erhält unter K. K. Joseph II. eine neue Gestalt.
12. Die Hofkammer wird mit der Hofkanzellei vereinigt.
13. Verbindung der Siebenbürgischen Kanzellei mit der Ungarischen.
14. Die oberste Hofkommission in Postsachen wird aufgehoben.
15. Erweiterung der Hofkanzellei.
16. Einige Geschäfte werden von der Hofkanzellei getrennt.
17. Geistliche Kommission.
18. Studienkommission.
19. Kommission über milde Stiftungen.
20. Kommission in Bausachen.
21. Bankal- und Dreissigstgefällen-Direkzion.

§. 22. Res Judiciaria a Cancellaria sejungitur.
23. Ita etiam res urbariales, et alia quaepiam negotia.

Caput III.

De Consilio Locumtenentiali Regio.

§. 24. Consilii Regii initia, et progressus.
25. Status Consilii regnante M. Theresia.
26. Status Consilii sub Josepho II. Idem Budam transfertur.
27. Camera Regia Hungarica Consilio jungitur.
28. Jurisdictio Consilii ampliatur.
29. Ratio abbreviandorum negotiorum praescribitur.
30. Commissio Ecclesiastica.
31. Commissio Studiorum.
32. Administratio Tricesimarum.
33. Commissio Cameralis Oeconomica.
34. Directio causarum Regalium.
35. Commissariatus.
36. Commissio Politica Militaris mixta.
37. Prafectura Hydraulica, et Aedilis.
38. Officina Rationum.
39. Status personalis Consilii.
40. De Gubernio Transilvanico.

Caput IV.

De Comitatibus.

§. 41. Anterior Comitatuum status.
42. Hodiernus Comitatuum status.
43. Commissarii Regii creantur.
44. Finis et potestas Commissariorum.
45. Negotia Politica a Juridicis separantur.
46. Res Militaris et Contributionis aliam normam accipit.

§. 22. Rechtssachen werden von der Kanzellei getrennt.
23. Auch einige Urbarialgeschäfte.

Drittes Hauptstück.

Von der königl. Statthalterei.

§. 24. Entstehung und Erweiterung der Landesstelle.
25. Zustand derselben unter Maria Theresia.
26. Zustand derselben unter K. K. Joseph II. Sie wird nach Ofen versetzt.
27. Die Hofkammer wird mit der Landesstelle vereinigt.
28. Die Macht derselben wird erweitert.
29. Es wird eine Abkürzung in der Behandlungsart der Geschäfte eingeführt.
30. Geistliche Filialkommission.
31. Studienfilialkommission.
32. Dreissigstadministrazion.
33. Kameral Oekonomie-Kommission.
34. Leitung der Kronsachen.
35. Kommissariat.
36. Gemischte politisch-militarische Kommission.
37. Navigazions-Departement und Bauamt.
38. Buchhalterei.
39. Personalstand der Landesstelle.
40. Von dem Siebenbürgischen Gubernium.

Viertes Hauptstück.

Von den Gespanschaften.

§. 41. Von dem vormahligen Zustande derselben.
42. Gegenwärtiger Zustand derselben.
43. Die königl. Kommissarien werden angestellet.
44. Deren Endzweck und Macht.
45. Die politischen Geschäfte werden von Rechtssachen getrennt.
46. Militar- und Kontributionssachen bekommen eine andere Gestalt.

§. 47.

§. 47. Congregationes Comitatuum ad certos solum casus restringuntur.
48. Munus Vicecomitum.
49. Eorum praerogativae et emolumenta.
50. Officiales Vicecomitis muneri adjuncti.
51. De exterioribus Magistratualibus.
52. Reliqua in Comitatibus munia.
53. Salaria eorum, qui in Comitatibus publica munia gerunt.
54. Status Comitatuum et Sedium Transilvaniae sub Regibus et Principibus.
55. Status eorundem sub M. Theresia.
56. Eorundem status sub Josepho II.
57. Reliqua, quae universim ad Comitatus referuntur.

Caput V.
De Civitatibus.

§. 58. Variae Civitatum species.
59. Anterior Liberarum Regiarumque Civitatum status.
60. Hodiernus earundem status.

Caput VI.
De Districtibus ex ratione publicae securitatis separatis.

§. 61. De Confiniis in genere.
62. Hodierni Confiniorum limites.
63. Supremae Praefecturae militares.
64. Politica et oeconomica Confiniorum administratio.
65. Res judicialis in Confiniis.

Caput VII.
De Districtibus ex ratione commercii separatis.

§. 66. Priscus status Litoralis Hungarici.
67. Status Districtus maritimi sub Maria Theresia.
68. Status Districtus maritimi sub Josepho II.
69. Politica et oeconomica Districtus maritimi constitutio.

§. 47. Die Komitatsversammlungen werden nur auf einige Fälle eingeschränket.
48. Das Amt der Vizegespane.
49. Deren Vorrechte und Vortheile.
50. Die mit dem Amte des Vizegespans verbundene Beamten.
51. Die äusseren Beamten.
52. Die übrigen Aemter bei den Gespanschaften.
53. Salarialstand der Komitatsbeamten.
54. Zustand der siebenbürgischen Gespanschaften und Stühle unter den Königen und Fürsten.
55. Unter Maria Theresia.
56. Unter K. K. Joseph II.
57. Von einigen Gegenständen, welche die Gespanschaften überhaupt betreffen.

Fünftes Hauptstück.
Von den königl. Freistädten.

§. 58. Verschiedene Gattungen der Städte.
59. Vormahliger Zustand der königlichen Freistädte.
60. Gegenwärtiger Zustand derselben.

Sechstes Hauptstück.
Von den Militargränzen.

§. 61. Von denselben überhaupt.
62. Derselben gegenwärtiger Zustand.
63. Generalkommandi.
64. Politische und ökonomische Verwaltung der Militargränzen.
65. Einrichtung derselben in Gerichtssachen.

Siebentes Hauptstück.
Von dem Ungarischen Seegestade.

§. 66. Vormahliger Zustand desselben.
67. Dessen Zustand unter Maria Theresia,
68. Unter K. K. Joseph II.
69. Politische und ökonomische Verfassung desselben.

§. 70.

§. 70. Ejusdem constitutio judicialis.
71. Civitates Fluminensis et Buccarensis.

Caput VIII.
De Districtibus ex ratione fodinarum separatis.

§. 72. Districtus Schemniczіensis.
73. Szomolnokiensis.
74. Nagy-Banyensis.
75. Oraviczensis.
76. Districtus Transilvaniae.
77. Districtus salinarum Hungariae et Transilvaniae.
78. Anterior Politica et Cameralis Districtuum Montanisticorum administratio.
79. Hodierna administrationis ratio.
80. Judicia Montanistica.

Caput IX.
De Districtibus Privilegiatis.

§. 81. Regio Jazigum et Cumanorum.
82. Oppida Haidonicalia.
83. Sexdecim Oppida Scepusiensia.
84. Oppida decem Lanceatorum.
85. Sedes Archiepiscopalis Vajkensis et Verebélyensis.
86. Districtus Nobilium Campi Turopolya.
87. Districtus Tibiscanus et Kikindiensis.

Caput X.
De Cameralium negotiorum administratione.

§. 88. Cameralia Dicasteria.
89. Administrationes Camerales.
90. Administratores.
91. Eorum munus et potestas quoad Bona Cameralia.
92. Eorum munus et potestas quoad Civitates, et Districtus privilegiatos.
93. Potestas Administratorum ampliata.
94. Thesaurariatus, et reliqua res Cameralis Transilvaniae.
95. Conclusio.

§. 70. Verfassung in Rechtssachen.
71. Die Seestädte Fiume und Buccari.

Achtes Hauptstück.
Von den Bergwerksbezirken.

§. 72. Der Schemnitzer.
73. Der Schmölnitzer.
74. Der Nagy-Banyer.
75. Der Oravitzer Bezirk.
76. Die Siebenbürgischen Bergwerksbezirke.
77. Salzbergwerke in Ungarn und Siebenbürgen.
78. Vormahlige politische und Kameralverwaltung der Bergwerksbezirke.
79. Gegenwärtige Verwaltung derselben.
80. Die Berggerichte.

Neuntes Hauptstück.
Von den privilegirten Freibezirken.

§. 81. Von der Landschaft der Jaziger und Kumaner.
82. Von den Haidukenstädten.
83. Von den sechszehn Zipser-Städten.
84. Von den Städten der zehn Lanzenträger.
85. Von den Erzbischöflichen Waiker und Verebeler Stühlen.
86. Die Edelgemeinde von Turopolia.
87. Der Theißer und Kikinder Freibezirk.

Zehntes Hauptstück.
Von den Verwaltung der Kameralgeschäfte.

§. 88. Von den Kameralämtern.
89. Von den Kameraladministrazionen.
90. Von den Kameraladministratoren.
91. Derselben Wirkungskreis in Ansehung der Kammergüter.
92. Wie auch in Ansehung der Städte und Freibezirke.
93. Deren Macht wird erweitert.
94. Von Siebenbürgen.
95. Beschluß.

Caput I.

Praeliminares de Hungaria, et Transilvania Notitiae.

Antequam operi, quod elucubrandum suscepi, initium faciam, praemittendae mihi videbantur nonnulla notitiae, sine quibus multi Lectorum, praesertim ii, quibus res Hungariae, Transilvaniaeque minus cognitae sunt, ea, quae deinceps in medium adferentur, saepenumero aut non intelligerent, aut certe earum adjumento destituti non raro adhaeresceren.

Id namque inprimis sciendum mihi videtur, in quasnam par-

tes

Erstes Hauptstück.

Vorerkenntnisse von Ungarn und Siebenbürgen.

Bevor ich zur Ausarbeitung des übernommenen Werkes schreite, wird es nützlich seyn, einige Bemerkungen vorauszusenden, ohne welche viele Leser, insbesondere aber diejenigen, die in Ungarischen und Siebenbürgischen Sachen nicht sehr bewandert sind, die folgenden Abschnitte oft entweder gar nicht, oder doch nicht sattsam verstehen dürften.

Es scheint demnach nöthig, vor allen zu wissen: wie das Königreich Ungarn und das

tes Regnum Hungariae, Magnusque Principatus Transilvaniae in praesens dividatur? qui sint eorum Comitatus? quae Civitates? quae celebriora Oppida? qui Districtus separati? — Hoc itaque est, quod summa, quam fieri potest, brevitate hoc loco perstringetur.

§. I.

Antiqua Hungariae divisio.

Scriptores, qui res Hungariae memoriae prodidere, eam vulgo in SUPERIOREM, et INFERIOREM: alii vero, spectato Danubio, in CITERIOREM, et ULTERIOREM diviserunt. Postquam autem Carolus VI. Imperator et Rex in Comitiis Anno 1723 Posonii celebratis (Regno universo in quatuor Partes diviso) totidem Tribunalia, quae *Districtualium Tabularum Judiciariarum* nomine apud nostrates veniunt, constituisset, *(art. 30. 1723.)* plerique omnes sequuti sunt eam ipsam, quam Leges Civitate quasi donarunt, partitionem, qua nempe Regnum totum in Tractum CIS-DANUBIANUM et TRANS-DANUBIANUM, CIS-TIBISCANUM et TRANS-TIBISCANUM dispescitur. Regna tamen Croatiae, et Slavoniae, utut cum Hungaria conjuncta, prout et Tractus Temesiensis, qui inde a tempore depulsorum ultra fines Hungariae Turcarum sub nomine *Banatus Temesvariensis* usque ad aetatem nostram diversa gubernabatur ratione, communi hac divisione minime continebantur.

Großfürstenthum Siebenbürgen gegenwärtig eingetheilet werden? Welche Gespanschaften? Welche königlichen und Land-Städte diese Länder in sich fassen? Endlich welche abgesönderte Bezirke sich in denenselben befinden? Alles dieses soll hier vorläufig, so kurz als möglich, abgehandelt werden.

§. I.

Ehemahlige Eintheilung von Ungarn.

Die Schriftsteller, welche von Ungarn handeln, haben dieses Reich gewöhnlich in das Obere und Niedere, andere aber, in Rücksicht auf den Donaustrohm, in das diesseitige und jenseitige eingetheilt; nachdem aber Kaiser König Karl VI. auf dem im J. 1723 zu Presburg gehaltenen Landtage, das ganze Reich in vier Bezirke abgesöndert, und jedem eine eigene Gerichtsstelle, unter dem Namen Districtualtafel (Bezirksgericht) angewiesen hat, so folgen seit dem alle Schriftsteller dieser durch die Landesgesetze bestätigten Eintheilung, vermöge welcher das Königreich Ungarn aus vier Bezirken, nähmlich diesseits der Donau und jenseits; diesseits der Theisse und jenseits besteht. In dieser Eintheilung waren aber weder Kroazien noch Slavonien, obschon diese Königreiche zu Ungarn gehörten, noch das Gebiet von Temeswar mitbegriffen, welches seit der Zeit, als die Türken über die Gränzen von Ungarn vertrieben wurden, unter der Benennung: Temeswarer-Banat, bis auf unsere Zeiten, unter einer besondern Verwaltung stand.

§. 2.

Hungaria in decem Districtus divisa.

At Augustissimus Imperator, et Rex Josephus II. cum publicae Administrationis faciliorem, quam quae hactenus viguit, normam in omnibus quasi Reipublicae partibus stabilire, atque ita communem populorum suorum felicitatem provehere animo constituisset, longe accommodatius praestituto scopo fore censuit, retenta quidem quoad quatuor districtuales Tabulas Carolina divisione, quoad publica et cameralia negotia, Hungariam totam, inclusis etiam Regnis Croatiae, et Slavoniae, Tractuque Temesiensi, velut unum, idemque cum Hungaria corpus efficientibus, in Decem Districtus dispescere, adjecto cuique certo Comitatuum, et in his sitarum Civitatum Regiarum numero. Districtus hi mutuato a Civitatibus quibusdam, aut nobilioribus Oppidis nomine, sequentes sunt:

1.) Jaurinensis.
2.) Pestiensis.
3.) Nitriensis.
4.) Neosoliensis.
5.) Cassoviensis.
6.) Munkacsiensis.
7.) Magno-Varadiensis.
8.) Temesiensis.
9.) Quinque-Ecclesiensis.
10.) Zagrabiensis.

Rescript. 18 *Martii* 1785.

§. 2.

Eintheilung in zehn Bezirke.

Allein da Se. itztregierende K. K. Maj. fast in allen Theilen der Staatsverwaltung dieses Reichs, zur wirksameren Beförderung der allgemeinen Wohlfart, eine bequemere Ordnung, als die bisherige war, einzuführen beschlossen hatten, so hielten es Allerhöchstdieselben für zweckmäßig, die Karolinische Eintheilung nur in Ansehung der vorgemeldeten vier Gerichtsbehörden beizubehalten, im übrigen aber, in Beziehung auf die Staats- (politischen) und Kammergeschäfte, das ganze Königreich, mit Inbegriff Kroaziens, Slavoniens und des bisher sogenannten Temeswarer-Banats (welche alle zusammen gleichsam nur einen Körper mit dem Königreich Ungarn ausmachen) in zehn Bezirke zu theilen, deren jedem eine gewisse Anzahl von Gespanschaften, mit den darin befindlichen königl. Städten, untergeordnet wurde. Sie erhielten jeder eine besondere Benennung, welche von einer darin liegenden königlichen oder Land-Stadt hergenommen wurde, und sind folgende:

1.) Der Raaber.
2.) Pesther.
3.) Neitraer.
4.) Neusohler.
5.) Kaschauer.
6.) Munkatscher.
7.) Groswardeiner.
8.) Temeswarer.
9.) Fünfkirchner.
10) Agramer-Bezirk.

Atque his ipsis in Civitatibus, aut nobilioribus Oppidis ſtatio etiam Regiorum Commiſsariorum defixa eſt, demto ſolum Munkacsiensi, cui ſedes Unguarini obtigit.

§. 3.

Comitatuum numerus antiquus.

Praeter generalem illam, cujus §. 1. meminimus, divisionem ſpeciatim etiam Regnum universum, in minores Provincias, quas COMITATUS appellamus, et quarum ſingulae proprios habebant Magiſtratus, ſubdividebatur.

Prout autem Regnum Hungariae jam latius patebat, jam arctioribus definiebatur limitibus, ita ſingulis quasi aetatibus numerus etiam Comitatuum mutabatur. Fuerunt tempora, ubi ſeptuaginta, erant rursus, ubi haud plures, quam quinquaginta numerabantur.

Cum Augustiſsimus Imperator, et Rex JOSEPHUS II. Reipublicae gubernacula cepiſset, fuere in Hungaria, non computatis Zarandiensi, Kraſznensi cum Districtu *Kövár*, et mediocris *Szolnok* Comitatibus, qui olim a Regno Hungariae avulsi, Magnoque Principatui Transilvaniae applicati ſunt, Comitatus quadraginta ſeptem, in Croatia quatuor, tres in Slavonia, univerſum proinde quatuor et quinquaginta.

In den Städten, wovon dieſe Bezirke benennet ſind, haben die königlichen Komiſſare ihre beſtändigen Wohnplätze, mit Ausnahme des Munkatſcher, welchem Ungwar zum Wohnſitze angewieſen iſt.

§. 3.

Ehemahlige Anzahl der Geſpanſchaften.

Auſſer der obengedachten Haupteintheilung (§. 1.) beſteht von jeher auch eine beſondere, wodurch das ganze Reich in kleinere Landkreiſe abgeſöndert, welche lateiniſch Komitate, und zu deutſch, von dem Ungariſchen Worte Iſpan, Geſpanſchaften genannt werden, und eben ſo viel eigenen Behörden untergeordnet ſind.

Die Anzahl dieſer Geſpanſchaften änderte ſich beinahe in jedem Zeitalter, je nachdem die Gränzen des Reichs theils erweitert, theils beſchränkt wurden. Es gab Zeiten, wo man deren 70, es gab wieder andere, wo man nicht mehr dann 50 zählte.

Als Se. K. K. Majeſtät Joſeph II. zur Regierung kamen, waren mit Ausſchlieſſung der Zarander-Geſpanſchaft, der Kraßner, mit dem Bezirke Kövar, und der mittleren Szolnoker, die vor langer Zeit von Ungarn getrennt, und dem Grosfürſtenthume Siebenbürgen zugetheilt worden ſind, in Ungarn 47, in Kroazien 4, und 3 in Slavonien, alſo im ganzen Umfange des Reichs 54 Geſpanſchaften.

§. 4.

Comitatuum hodiernus numerus.

Quia tamen nonnulli Comitatuum temporum viciſsitudine justo angustiores redditi ſunt, visum est Imperatori ob publicorum ſumtuum compendium, celerioremque negotiorum curſum procurandum, eos cum majoribus, prout priscis etiam temporibus nonnunquam factum est, modo tantum provisorio, donec nempe conjunctio isthaec per art. diaetalem ſecundum Regni Constituta confirmata fuerit, conjungere.

Rescript. 5 *Decembr.* 1785, *item* 16 *Martii* 1786.

Atque ita Mosoniensis conjunctus est cum Jaurinensi, Comaromiensis cum Strigoniensi, Tornensis cum Abaujvariensi, Thurocziensis cum Zoliensi, Arvensis cum Liptoviensi, Minoris *Honth* cum Gömöriensi, Ugocsensis cum Bereghiensi, Csongradiensis, et Csanadiensis cum Bekesiensi ſic dictus denique Szeverinensis, velut alioquin nondum legali forma instauratus, cum Zagrabiensi.

Rescript. 14 *Nov.* 1786.

Hac itaque ratione in praesentia decem Comitatus e numero, quem paulo ante indicavimus, quasi desunt. Szeverinensis Comitatus, cum regnante demum Maria Theresia institutus, neque diaetali art. adprobatus fuerit, Aug. Imperator nomen ipsum e numero

§. 4.

Gegenwärtige Anzahl derſelben.

Weil jedoch mehrere Geſpanſchaften im Verlaufe der Zeiten ſich verengert haben, ſo ſchien es dem Kaiſer König, zur Verminderung der Verwaltungskoſten und Verkürzung der Geſchäfte zuträglich, gleichwie es auch in älteren Zeiten manchmahl geſchehen iſt, die kleineren mit den gröſſeren Geſpanſchaften vorläufig (bis nähmlich dieſe Vereinigung, nach den Reichsgeſetzen, auf dem Landtage beſtätiget wird) zu verbinden.

Und ſo iſt die Wieſelburger-Geſpanſchaft mit der Raaber, die Komorner mit der Graner, die Torner mit der Abauiwarer, die Thurozer mit der Sohler, die Arver mit der Liptauer, die Klein-Hontenſer mit der Gömörer, die Ugotſcher mit der Beregher, die Csongrader und Csanader mit der Bekeſcher, endlich die ohne dieß noch durch keinen landtäglichen Schluß beſtätigte Szeveriner-Geſpanſchaft mit der Agramer vereiniget worden.

Es ſind hiedurch ſeit dem in gewiſſem Betrachte, 10 Geſpanſchaften weniger als vorher waren. Indeſſen haben alle einverleibten Geſpanſchaften ihre Nahmen beibehalten, nur in Anſehung der Szeveriner allein, weil ſie erſt unter M. Thereſiens Regierung iſt errichtet worden, und noch von dem

Land-

mero reliquorum Comitatuum prorsus expungendum ſancivit. -

Rescript. 5 *Dec.* 1785.

Landtage nicht beſtätiget war, haben Se. Majeſtät befohlen, daß auch deſſen Nahme aus der Zahl der übrigen Geſpanſchaften ausgelaſſen werden ſoll.

§. 5.

Comitatuum ſubdivisio.

Quo loco etiamnum id commemorandum est, singulos Comitatus propter faciliorem Reipublicae administrationem in plures, aut pauciores, pro ratione nempe extensionis, populique frequentiae, minores partes, quas Leges noſtrae PROCESSUS a Judicibus Nobilium, qui ſingulis eorum praesunt, et in exequendis muniis ſuis quasi *procedunt*, appellant, jam olim ſubdivisos eſse; quam ſubdivisionem Imperator, paucis mutatis, porro quoque ſtabilivit. (*Rescript.* 14 *Nov.* 1786.) Sed et *Proceſsus* rurſus in minores particulas, quae NUMERORUM nomine veniunt, tanquam in minores ramos abeunt.

§. 5.

Unterabtheilung der Geſpanſchaften.

Zur Erleichterung der Verwaltung ſind die Geſpanſchaften von Alters her, nach Verhältniß ihrer Gröſſe und Volksmenge, in mehrere Kreiſe untergetheilt, welche durch die vaterländiſchen Geſetze Prozeſſe von den Stuhlrichtern genannt wurden, die jedem derſelben vorgeſezt ſind, und daſelbſt in ihren Amtsgeſchäften zu Werke gehen, (procediren). Dieſe Prozeſſe ſind wieder in kleinere Theile, ſogenannte Nummern, geſöndert, welche gleichſam Zweige des Hauptſtammes ausmachen. Dieſe Unterabtheilung hat der Kaiſer mit einigen geringen Veränderungen auch für die Zukunft beſtätiget.

§. 6.

Civitates et privilegiati Districtus.

In compluribus Comitatibus ſunt Liberae et Regiae, prout et in aliis Montanae CIVITATES, quae distinctis instructae Magistratibus a jurisdictione Comitatuum hucusque immunes fuerunt.

§. 6.

Königl. Städte und Freibezirke.

In mehreren Geſpanſchaften ſind königliche Freiſtädte, und in einigen königl Bergſtädte, die unter einem beſonderen Magiſtrate ſtehen, und bisher der Gerichtsbarkeit der Geſpanſchaften nicht unterlagen.

Ita etiam in nonnullis Comitatibus reperiuntur varii DISTRICTUS, ex pluribus Communitatibus compositi, qui specialibus donati privilegiis partim a jurisdictione Comitatuum exemti, partim iisdem subjecti erant.

Eben so gab es auch bisher in einigen Gespanschaften Bezirke, aus mehreren Gemeinden zusammengesetzt, die unter dem Schutze der ihnen verliehenen besonderen Vorrechte, der Gerichtsbarkeit der Gespanschaften theils untergeordnet, und theils davon frey waren.

§. 7.

Tabella generalis.

Ut Lectores omnes Districtus, omnesque praeterea Comitatus, eorumque Processus, nec minus Liberas, Regiasque, et Montanas Civitates, prout et celebriora quaedam Oppida, et privilegiatos Districtus uno quasi obtutu intueri possint, operae pretium esse judicavi, Tabellam, omnia haec exhibentem, isthic subnectere.

§. 7.

Allgemeine Uibersicht.

Damit der Leser sowohl die Kommissions-Bezirke, die ihnen zugetheilten Gespanschaften, und der lezteren Kreise, so auch die königl. und die Bergstädte, nebst den vorzüglicheren Landstädten und den Freybezirken gleichsam mit einem Blicke übersehen könne, hat man hier folgende Tafel beigefüget.

Pauca tamen sunt, quae praenotanda videntur.

In Ansehung dieser Tabelle sind drei Anmerkungen zu machen, das nähmlich:

I. Animadvertendum nempe est, longe plura, iisque, quae Tabellam ingredientur, non minus conspicua in Hungaria esse Oppida; sed quia animo propositum non est, Topographiam Hungariae, et huc spectantium Provinciarum scribere, ea tantum nominantur loca, in quibus vel solita Comitatus, aut subalterni Tribunalis, vel Episcopalis Sedes defixa est. Cum enim horum mentio saepius forte per decursum hujus operis recursura est, haud abs re erit, ea ipso in limine breviter ob oculos ponere.

I. Noch mehr andere, nicht weniger ansehnliche Landstädte und Fleken in Ungarn sich befinden, als hier genannt sind, weil es aber mein Endzweck nicht ist, eine Topographie von Ungarn und den dazu gehörigen Provinzen zu schreiben, so sind nur diejenigen Ortschaften angeführt worden, wo entweder die Gespanschaft, oder ein Landgericht oder ein Bisthum seinen Sitz hat, und die daher im Verfolge dieses Werkes öfters vorkommen dürften.

II. Complures praeterea Hungariae, et adnexarum Provinciarum esse partes, separatas quasi Provincias efficientes, quae distincta quadam ratione gubernantur, ac proinde nec Comitatuum, nec Commissariorum Regiorum jurisdictioni subjacent: uti sunt Confinia Regni militaria, Districtus Montanistici, et Tractus Commercialis Maritimus. Haec proinde in Tabella expressa non leguntur, in ipso tamen operis hujus decursu, ne quid Lectori incognitum maneat, explicabuntur.

II. Ist zu bemerken, das zu Ungarn und dessen Provinzen noch verschiedene Theile gehören, die gleichsam abgesönderte Bezirke ausmachen, und weder den Gespanschaften noch den Kommissaren untergeordnet sind. Sie bestehen in den Militargränzen, Bergwerksbezirken und dem Ungarischen (Littorale) Seegestade. Diese sind in der Tabelle nicht angezeigt, doch wird davon in der Folge dieses Werkes gehandelt werden.

III. Illas Civitates, et Oppida, quae pro statione politicae administrationis singulorum Comitatuum designata sunt, majusculis literis expressa esse.

III. Die Nahmen derjenigen Städte, wo die Verwaltung der Gespanschaften ihren Sitz hat, sind mit größeren Buchstaben gedruckt.

Tabella decem Districtus exhibens.

Districtus	Comitatus.	Processus.	Civitates Regiae.	Oppida celebriora.	Districtus privilegiati.
Jaurinensis.	Jaurinensis cum Mosoniensi.....	4	Jaurinum, Raab.	Ovarinum, Altenburg.	.....
	Strigoniensis cum Comaromiensi ..	4	Strigonium, Gran. Comaromium.	Tata.	.....
	Veszprimiensis..	3	.....	Veszprimium. Papa.	.....
	Castriferrei, Eisenburger	5	Ginsium.	Sabaria, Steinamanger.	.....
	Soproniensis	4	Sopronium, Oedenburg. Kismartonium, Eisenstadt. Rustum.	.....	.....
Pestiensis.	Pestiensis.....	4	Buda, Ofen. Pestinum.	Vacium. Colocsa.	Regio Jazigum. Cumania major, et minor.
	Hevesiensis.	4	.....	Agria, Erlau.	.....
	Neogradiensis...	4	.....	Losonczinum. Balassa-Gyarmath.	.....
	Borsodiensis.. ..	4	.....	Miskolczinum.	.....
	Albaregalensis..	3	Albaregalis, Stuhlweißenburg.	.....	.....
Nitriensis.	Posoniensis.....	5	Posonium, Presburg. Tirnavia. Modra. S. Georgius. Basinium, Bösing.	.....	Sedes Vajkensis.
	Nitriensis.....	6	Szakolcza, Skalitz.	Nitria, Neutra.	.....
	Trenchiniensis...	5	Trenchinium.	.....	.....
	Barsiensis	3	Cremniczium. Regiomontum, Königsberg.	Aranyos-Maroth.	Sedes Verebeliensis.

Districtus	Comitatus.	Processus.	Civitates Regiae.	Oppida celebriora.	Districtus privilegiati.
Neosoliensis.	Zoliensis cum Thuroczienſi....	4	Neosolium, Neuſohl. Veterosolium, Altſohl. Libetha. Breznobanya, Bries. Carpona, Karpfen.	.....	.. ..
	Liptoviensis cum Arvensi	4	.....	S. Nicolai.	.....
	Gömöriensis cum Districtu minoris *Honth*.....	4	.....	Rosnavia, Roſenau. Pelsöcz.	.....
	Honthensis.....	3	Schemniczium. Belabanya, Dilln. Bakabanya, Vuganz.	Kemencze.	.....
Cafsoviensis.	Abaujvariensis cum Tornensi...	6	Cassovia.	.. ..	.....
	Saroſsiensis.....	6	Eperiesinum. Bartpha, Bartfeld. Cibinium minus, Zeben.	.....	.....
	Zempliniensis...	5	.. ..	Ujhelinum.	.. ..
	Scepusiensis, Zipſer	5	Leutschovia, Leutſchau. Kesmarkinum.	.....	XVI. Oppida Scepusiensia. Oppida X. Lanceatorum.
Munkacsiensis.	Szathmariensis..	4	Szathmarinum. Nagybanya. Fölsöbanya.	Nagykároly.	.. ..
	Maramarosiensis.	5	.....	Szigethum.	.. ..
	Bereghiensis cum Ugocsiensi.	5	.. ..	Munkacsinum. Beregh-Szász.	.....
	Unguariensis ...	4	.. ..	Unguarinum.	.....

Ma-

Districtus	Comitatus.	Processus.	Civitates Regiae.	Oppida celebriora.	Districtus privilegiati.
Magno-Varadiensis.	Bihariensis	5	Debreczinum.	MAGNO-VARADINUM, Großwardein.	.. ..
	Csongradiensis cum Csanadiensi, et Békesiensi...	5	Szegedinum.	SZEG-VÁR.	.. ..
	Aradiensis.....	4	.. ..	ARADINUM.	.....
	Zabolcsensis....	4	.. ..	NAGY-KÁLLÓ.	Oppida Haidonicalia, Haydückenstädte.
Temesiensis.	Temesiensis.....	4	TEMESVARINUM.	Versèczinum.	.. ..
	Kraísoviensis ...	5	.. ..	LUGOSINUM.	.. ..
	Torontaliensis...	4	.. ..	MAGNO-BECSKEREKINUM, Groß-Becskerek.	Kikindiensis.
	Bacsiensis.....	4	Zomborinum. Maria-Theresiopolis, M. Theresienstadt. Neoplanta, Neusatz.	BAJA.	Tibiscanus.
Quinque-Ecclesiensis.	Baranyiensis....	4	QUINQUE-ECCLESIAE, Fünfkirchen.	.. ..	.....
	Syrmiensis.....	3	.....	VUKOVARINUM.	.....
	Simeghiensis....	4	.. ..	KAPOSVÁR.	.....
	Tolnensis.....	4	.....	Simontornya.... SZEKSZÁRD.	.....
	Veröcziensis	3	.....	ESZEKINUM.	.....
Zagrabiensis.	Zagrabiensis cum Szeverinensi	6	ZAGRABIA, Agram.	.....	Nobilium Campi Turopolya.
	Varasdinensis...	4	VARASDINUM.	.....	.....
	Crisiensis.....	2	CRISIUM, Kreutz. Capronicza, Koprein.	.....	.....
	Poseganus.....	2	POSEGA.	Pakraczinum.	.....
	Szaladiensis	6	.....	SZALA-EGERSZEGH.	.....

§. 8.

Antiqua Transilvaniae divisio.

Transilvania, olim Daciae pars, debellato anno 1002 a sanctissimo Rege Stephano Duce Gyula, coronae Hungariae adnexa per annos 538. Regibus Apostolicis continua sibi serie succedentibus paruit. Gubernabatur eadem fere ratione, qua Hungaria, a Locumtenentibus Regiis, quorum alii Duces, Regum nempe filii fratresve, alii Belliduces (*Vajvodae*) fuere. Prima illa aetate Regio haec, instar Hungariae, in Comitatus dividebatur.

Turbatis post infelicem cladem Mohacsianam Hungariae rebus, anno 1541. a vetere sua matre disjuncta jam Turcicum jugum tulit, jam a propriis regebatur Principibus Bathoriis, Bocskaiis, Rakocziis, Bethleniis, Apafiis, Keményiis, pluribusque aliis.

Ex eo tempore Provincia, quae sub imperio Regum Hungarorum tantum *Partium Hungariae Transilvaniensium* nomine veniebat, Principatus nomen adepta est. Solebant enim Principes hoc uti titulo: *Princeps Transilvaniae, Partium Regni Hungariae Dominus, et Siculorum Comes.*

§. 8

Ehemahlige Eintheilung von Siebenbürgen.

Siebenbürgen, ehemahls ein Theil von Dacien, ist durch den heil. König Stephan, nachdem er den Herzog Gyula, im J. 1002 überwunden hatte, mit dem Königreiche Ungarn vereinbaret worden, und hat seit dem, durch 538 Jahre, den in einer beständigen Reihe auf einander folgenden Apostolischen Königen gehorchet. Es wurde fast wie Ungarn durch königliche Statthalter beherrschet davon einige Herzoge, nähmlich Söhne oder Brüder der Könige, andere Feldherrn (Woiwoden) waren. Eben so war auch damahls diese Landschaft, wie Ungarn, in Gespanschaften getheilt.

Als nach der unglücklichen Schlacht bei Mohácz im J. 1541 das Königreich Ungarn in gänzliche Unordnung gerieth, wurde auch Siebenbürgen von dem alten Mutterlande getrennt und trug hierauf bald das türkische Joch, bald wurde es durch eingebohrne Fürsten aus den Häusern Bathory, Bocskai, Rakoczi, Bethlen, Apafi, Kemeny und mehr anderen, beherrscht.

In dieser Zeit erhielt das Land, welches unter den Königen von Ungarn nur mit dem Nahmen der jenseits der Wälder gelegenen Theile bezeichnet wurde, die Benennung eines Fürstenthums, denn die Fürsten legten sich den Titel bei: Fürst von Siebenbürgen, Herr eines Theils von Ungarn, und Graf der Szekler.

In hanc periodum incidit celebris illa consociatio, quam tres praecipuae Transilvaniae Nationes, Hungarica, Saxonica, et Siculica mutuam inter se foederis, amicitiaeque perpetuo duraturae societatem anno 1545. pepigerunt, et Gabriele Bethlen Reipublicae clavum tenente anno 1613. solenni ritu confirmarunt.

In diesen Zeitraum fällt der merkwürdige Freundschafts-Vertrag, den die drei vorzüglichsten Völkerschaften, welche Siebenbürgen bewohnten, nähmlich die Ungarn, Sachsen, und Szekler, im J. 1545 zum wechselseitigen Schutze auf immer unter sich geschlossen und den sie hierauf im J. 1613, als Gabriel Bethlen das Landbeherrschte, feierlich unter sich bestätiget haben.

Ab hac potissimum epocha repetenda est communis illa Transilvaniae divisio, qua in tres diversas Regiones, et Nationes, Hungaricam, Saxonicam, et Siculicam, legibus, moribus, privilegiis, consuetudinibus inter se distinctas, discernebatur.

Und von diesem Zeitpunkte muß eigentlich die allgemeine Eintheilung von Siebenbürgen, wodurch nähmlich dieses Land in drei Landschaften und so viele in Gesetzen, Sitten, Vorrechten und Gebräuchen verschiedene Völker, die Ungarn, Sachsen und Szekler abgesöndert war, hergeleitet werden.

Regio Hungarorum complectebatur Comitatus septem, Tractumque Fogarasiensem: quibus subinde accesserunt tres Comitatus, ab Hungaria avulsi, quippe mediocris *Szolnok* cum Districtu *Kövár*, Krasznensis, ac Zarandiensis, quos Partium *reapplicatarum* nomine Transilvani communiter appellare solebant.

Die Landschaft der Ungarn begriff sieben Gespanschaften und den Fogarascher Bezirk, wozu nachmahls auch drei von Ungarn getrennte Gespanschaften kamen, nähmlich die mittlere Szolnoker mit dem Kövarer-Bezirke, die Krasner und die Zarander, welche in Siebenbürgen gewöhnlich die wieder einverleibten Theile genannt wurden.

Regio Saxonum continebat olim septem, subinde novem Sedes cum binis Tractibus, Barcensi nempe, seu Coronensi, et Bisztriczensi. Regio Siculorum, pariter septem definiebatur Sedibus.

Die Landschaft der Sachsen enthielt einstens sieben, nachher neun sogenannte Stühle mit zwei Bezirken, nähmlich dem Kronstädter-Bezirke oder dem Burzellande, und dem Bistritzer Bezirke oder Nösnerlande. Eben so war das Szeklerland in sieben Stühle eingetheilt.

Annus agebatur post natum Christum millesimus sexcentesimus nonagesimus primus, cum Princeps Michael Apafi, Statibus Transilvaniae consentientibus, in fidem ac tutelam Leopoldi Imperatoris Romanorum, Regisque Hungariae coram Comite Friderico a Falkenstein, plena rerum agendarum potestate instructo, cum toto Principatu concesit. Eodem anno editum est Diploma Caesareum Regium, pacta conventa inter Status et Ordines Transilvaniae, Aulamque Caesaream Regiam inita confirmans; quod in Comitiis die 15. Martii anni mox sequentis 1692. celebratis unanimi Statuum, et Ordinum consensu, atque gratulatione acceptatum est.

Im J. 1691. endlich geschah es, daß der Fürst von Siebenbürgen, Michael Apafi, mit Einwilligung der Stände, das ganze Fürstenthum dem K. K. Leopold unterwarf, welches in Gegenwart des Grafen Fridrich v. Falkenstein geschah, der hiezu mit K. K. Vollmacht versehen war. Von eben diesem Jahre ist das K. K. Diplom, welches den zwischen dem K. K. Hofe und den Ständen von Siebenbürgen geschlossenen Vertrag bestätiget, und auf dem am 15. März des folgenden Jahres 1692 gehaltenen Landtage, mit allgemeiner Uibereinstimmung und Zufriedenheit der Stände angenommen wurde.

Ab eo inde tempore ampla haec, fertilisimaque Regio sub felici Domus Austriacae imperio, retento usque ad hoc tempus et Principatus nomine, et antiqua divisione, mansit. Is tamen ei, Maria Theresia regnante, peculiaris accesit honos, quod Regio Diplomate die 2. Novembris anni 1765. edito, atque aureo sigillo communito ad *Magni Principatus* dignitatem, et titulum evecta fuerit.

Von nun an verblieb dieses grosse und fruchtbare Land stets unter der beglückten Regierung des Hauses Oesterreich und behielt sowohl die alte Eintheilung als die Benennung eines Fürstenthumes bei, bis es unter Mar. Theresiens Regierung durch ein königl. Diplom vom 2 Novemb. des J. 1765 mit der Würde und dem Titel eines Großfürstenthums begabt wurde.

§. 9.

Nova Transilvaniae divisio.

Augustisimus Imperator et Rex Josephus II. et difficultates, quae e varietate Nationum, institutis, ac legibus inter se differentium, oriri so-

§. 9.

Siebenbürgens neue Eintheilung.

Da aber Joseph II. die Schwierigkeiten, welche aus der Ungleichheit der durch Gesetze und Gewohnheiten verschiedenen Völkerschaften erwuchsen, und die Feindseligkeiten, mit wel-

solerent, et odia, quibus altera alteram Nationem prosequebatur, (*Rescript.* 3. *Julii* 1784.) animo reputans, anno 1784. decrevit, ut Magnus Transilvaniae Principatus, sublata Sedium nomenclatione, abrogatoque Nationum discrimine, universe dividerentur in Comitatus undecim, videlicet:

welchen einer dem andern begegnete, erwog; so haben Se. Majestät beschlossen, mit Aufhebung der Stühle und des Unterschieds der Nationen ganz Siebenbürgen in eilf Gespanschaften zu theilen. Diese sind:

1) Hunyadiensem cum Zarandiensi conjunctum.

1.) Die Hunyader vereint mit der Zaránder.

2) Cibiniensem, e Sedibus Saxonicis, Szaszvarosiensi, Saebesiensi, Mercuriensi, Cibiniensi, ac Mediensi, demtis nonnullis pagis, denique ex parte aliqua Comitatus Albensis superioris conflatum.

2.) Die Hermannstädter. Diese besteht aus den ehemals sächsischen Stühlen Bros, Müllenbach, Kaismark, Hermannstadt und Medwisch, (mit Hinweglassung einiger Dörfer), und aus einem Theile der obern Weissenburger-Gespanschaft.

3) Fogarasiensem, quem componat integer Tractus *Fogaras*, Sedes itidem Saxonicae *Ujegyhaz*, *Nagysink*, Rupensis, et Schesburgensis, prout et complures Comitatus Albensis superioris pagi.

3.) Die Fogaraścher, zusammengesezt aus dem ganzen Fogaraścher-Bezirke, desgleichen aus den sächsischen Stühlen Löskirchen, Grossing, Reps und Schesburg, und endlich auch aus verschiedenen Dörfern der obern Weissenburger-Gespanschaft.

4) Haromszekiensem, integrum Districtum Barcensem, Sedes item Siculicas, *Sepsi*, *Kezdi*, *Orbai*, *Miklosvár*, *Bardocz*, *et Kaszon*, partemque aliquam Comitatus Albensis superioris complectentem.

4.) Die Haromseker, welche das ganze Wurzelland nebst den bisherigen Szeklerstühlen: Sepsi, Kezdi, Orbai, Mikloswar, Bardocz und Kaßon und wieder auch einen Theil der obern Weissenburger-Gespanschaft enthält.

5) Udvarhelyiensem, quem Sedes Siculicae *Csik*, *Gyergyo*, et *Udvarhely* cum filiali *Keresztur* constituant.

5.) Die Udvarheler aus der Szeklerstühlen Csik, Gyergyó und Udwarhely, mit dem Unterstuhle Kereßtur, bestehend.

6) Tordensem, qui totum Tractum Bisztriczіensem, partesque Comi-

6.) Die Torder. Sie umfaßt den ganzen Bistritzer-Bezirk, die untern Theile der

Do-

mitatuum Dobocensis, et Kolosiensis inferiores, superiorem vero Comitatus Tordensis contineat.

Doboker, und Koloswarer, und den obern Theil der Torder-Gespanschaft.

7) Interioris *Szolnok*, quem integer Comitatus interioris *Szolnok*, parsque superior Comitatus Dobocensis efficiant.

7) Die innere Szolnoker, welche aus der bisherigen Gespanschaft dieses Nahmens, und dem obern Theil der Doboker-Gespanschaft gebildet ist.

8) Mediocris *Szolnok* e Comitatibus Krasznensi, et mediocris *Szolnok*, nec non Tractu Kövár compositum.

8.) Die mittlere Szolnoker. Sie besteht aus der Gespanschaft dieses Namens, verbunden mit der Kraßner-Gespanschaft und dem Kövarer-Bezirke.

9) Kolosiensem, partem Comitatus Kolosiensis superiorem, Tordensis vero inferiorem, prout et integram Sedem *Aranyas* complexurum.

9.) Die Koloswarer, welche den obern Theil der Koloswarer-Gespanschaft, den untern der Torder und den ganzen Szeklerstuhl Aranyas in sich schließt.

10) Kükölliensem, quem integer Comitatus Küköllö, Sedes item *Marus*, et Sedium Cibiniensis, Mediensis, et Schesburgensis pagi, trans fluvium Küköllö siti, efficiant.

10.) Die Küköller, die aus der ganzen Küköller-Gespanschaft, dem Szeklerstuhl Marus, und einigen über dem Kükölle-Fluß gelegenen Dörfern der Hermannstädter, Metwischer- und Schesburger-Stühle besteht; endlich

11) Albensem inferiorem, qui antehac etiam eodem nomine compellatus extitit.

Rescript. 3. *Julii* 1784.

11.) Die untere Weissenburger, die auch ehedem diesen Nahmen führte.

Cum autem anno mox sequente 1785. Augustissimus Imperator Hungariam totam in decem partiri Districtus, singulisque certum Comitatuum numerum adjungere decrevisset, Regia haec Constitutio ad Magnum etiam Principatum Transilvaniae extensa fuit. Quo pacto universa Transil-

Als es des Kaisers Majestät für gut fanden, das ganze Königreich Ungarn in zehn Bezirke zu theilen, und jedem derselben eine gewisse Anzahl von Gespanschaften zuzuordnen, haben Se. Majestät auch das nähmliche für das Grosfürstenthum Siebenbürgen verfüget. So wurde demnach dieses ganze Land mit Ausschluß der Militärgränze in drei Be-

zir-

silvania (demtis confiniis) distributa est in Districtus tres, atque hi in Comitatus, quos paulo ante enumeravimus, subdivisi; qua in re animadvertendum est, Comitatus in *Circulos*, hos vero in *Processus* dividi. Id proinde, quod in Hungaria *Processus* nomine intelligitur, in Transilvania *Circulus*; id vero, quod illic *Numerus* appellatur, isthic *Processus* dicitur. Cuncta haec uberius patebunt e Tabella, quam hic aeque subjicimus.

zirke, und unter diesen die oben auseinandergesezten Gespanschaften eingetheilt. Hiebei ist zu bemerken, daß in Siebenbürgen die Gespanschaften in Kreise, diese aber in Prozesse getrennt werden. Was demnach in Ungarn ein Prozeß heißt, bedeutet in Siebenbürgen einen Kreis, und was dort ein Nummer heißt, wird hier ein Prozeß genannt. Alles dieses kann man genau aus der hier beigefügten Tafel ersehen.

Tabella Districtus M. Principatus Transilvaniae exhibens.

Districtus.	Comitatus.	Circuli.	Civitates Regiae.	Oppida celebriora.
Cibiniensis.	Cibiniensis.	3	CIBINIUM, Hermannstadt.	Vizakna Salzburg.
				Mercurium Reismarkt.
			Media, seu Megyes, Medwisch.	Szász-Sebes, sive Sabesus, Müllenbach.
				Szasz-Város, Saxopolis, Brosch.
	Hunyadiensis.	4	.....	DEVA.
				Vajda-Hunyad.
				Dobra.
				Körösbánya.
				Haczeg.
	Albensis inferior.	2	Alba-Carolina, Karlsburg.	NAGY-ENYED.
				Balas falva, Blasendorf.
				Zalathna.
				Abrudbanya.
	Küküllöiensis.	3	MAROSVASARHELY, sive Agropolis, Neumark.	.....
			Elisabethopolis, seu Ebesfalva.	

Districtus.	Comitatus.	Circuli.	Civitates Regiae.	Oppida celebriora.
Kolosiensis.	Kolosiensis.	2	CLAUDIOPOLIS, Klauſenburg.	Torda. Kolos. Felvincz. Toroczko. Gyalu. Banfi-Hunyad.
	Tordensis.	3	Bisztriczium.	SZASZREGEN, Reenmarkt.
	Szolnok interior.	3	Szamosuyvár, ſive Armenopolis.	DEES. Lapos.
	Szolnok mediocris.	3	.....	Somlyó. ZILAH. Kraszna.
Fogarasiensis.	Fogarasiensis.	3	Segesvár, Schäsburg.	FOGARAS, Rupersburg. Köhalom, Reps. Ujegyház, Löſchkirchen.
	Háromszekiensis.	3	Corona, Kronſtadt.	Kezdivásárhely SEPSISZENTGYÖRGY. Rosnyó, Roſenau.
	Udvarhelyiensis.	2	.....	UDVARHELY. Csikszereda. Gyergyó-Szent-Miklos. Paraid.

Caput II.

De Cancellaria Regia Aulica.

Dum omnes administrationis publicae, quae in Regno Hungariae, eique junctis Provinciis, et Regnis obtinet, partes exponere adgredior, rectus ordo deposcit, ut ab illo Dicasterio, quod penes Reges semper est, per quod Regia voluntas subditis populis innotescit, et vicissim vota, precesque populi ad Regem perferuntur, initium sumatur, *Cancellariam Regiam Hungarico Transilvanicam Aulicam* intelligo.

§. 10.

Status Cancellariae Aulicae sub Maria Theresia.

Cum itaque haec Cancellaria supremum Dicasterium Aulicum sit, ad quod omnia Regni negotia adfluunt, et unde rursus in Regnum refluunt; dubium non est, quin multiplex gravissimorum laborum moles ei omni aetate, ac tempore incubuerit. At sub felici Mariae Theresiae Imperatricis, ac Reginae, cujus perennis apud Gentem Hungaram exstabit memoria, regimine major, quam unquam alias, negotiorum hoc in Dicaste-

Zweites Hauptstück.

Von der Ungarisch-Siebenbürgischen Hofkanzellei.

Bei der Darstellung der öffentlichen Staatsverwaltung von Ungarn und der damit verbundenen Provinzen, muß nothwendig mit derjenigen Stelle der Anfang gemacht werden, welche stets an des Königs Seite sich befindet, und durch welche sowohl den Unterthanen der Wille des Landesfürsten, als auch diesem die Wünsche und Bitten der Unterthanen vorgetragen werden. Diese Stelle ist für Ungarn und Siebenbürgen, die verbundene und von diesen Ländern benannt Hofkanzellei.

§. 10.

Zustand der Hofkanzellei unter Maria Theresia.

Da diese Kanzellei in Ansehung Ungarns und Siebenbürgens, die oberste Hofstelle ist, bei welcher alle Regierungsangelegenheiten dieser Länder zusammenfliessen, und dann wieder in das ganze Reich zurückgeleitet werden, so darf man nicht zweifeln, daß sie von jeher, auch da sie die Geschäfte von Ungarn noch allein versah, mit einer vielfachen Last der wichtigsten Geschäfte beladen gewesen ist. Aber unter der glücklichen Regierung der Kaiserinn Königinn Maria Theresia, deren Andenken in Ungarn stets unvergeßlich seyn muß, wur-

casterio acceſsio facta est. Ita regnante hac immortalis memoriae Regina, ut plurima alia ſilentio praetermittantur, Regnum Slavoniae, Tractusque Syrmiensis, nec minus confinia olim Tibiscana, et Marusiana, noviſsime autem ampla illa Temesiensis Provincia, quae nunc in tres divisa Comitatus visitur, Tractusque alii, qui victis, pulsisque Turcis, tanquam a Regno ſejuncti considerabantur, ac diversa ratione regebantur, Regno Hungariae postliminio restituti: ſublatum ſupremum Commercii Dicasterium Aulicum: abolitae Deputationes Aulicae, una in Illyricis, alia in re ſanitatis Vindobonae constitutae: Gubernium Fluminense institutum: 16 Oppida Scepusiensia, cum Regiis Dynastiis Lublyo, et Podolin, quod Status et Ordines tribus et ultra ſeculis incaſsum ſuspirabant, a Polonis revindicata: Colonorum *Praestationes*, quantum per usum a legibus deflexum erat, ad fixos per legem limites reductae: multaque alia, quae longum foret recensere, constituta, ſtabilitaque ſunt. Unde auctis omni in parte Politicis, Oeconomicis, et Commercialibus negotiis, mirum non est, Dicasterii hujus Aulici negotia, magna hac Principe regnante, in eam excreviſse molem, ad quam nullo antea ſub Rege pervenerunt. Quae causa fuit, ut praeter Cancellarium etiam Procancellarius creatus, eorum vero illustrium virorum, qui a consiliis ſunt, prout et eorum, qui

inſe-

de dieſe Hofſtelle weit mehr als jemals beſchäftiget; denn unter dieſer preiswürdigen Regentinn ſind das Königreich Slavonien nebſt Syrmien, wie auch die Gränzbezirke an der Theiſſe und der Maroſch, und zulezt, das ganze Temeswarer-Banat, welches nun in drei Geſpanſchaften getheilt iſt, nebſt andern Ländereien, welche ſeit dem die Türken aus den Gränzen des Reichs verdrängt ſind, bisher als abgeſönderte Ländereien betrachtet wurden, und unter einer eigenen Verwaltung ſtanden, dem Königreiche Ungarn wieder zurückgeſtellt, und alſo der Hofkanzellei unterzogen worden. Der Hofcommerzienrath, die Hofdeputazionen, eine in Illyriſchen Angelegenheiten, und eine andere in Sanitätsſachen, welche zu Wien aufgeſtellet waren, wurden aufgehoben, und ihre Verrichtungen, ſo weit ſie Ungarn betrafen, ebenfalls der Kanzellei zugetheilt. So wurde auch das Fiumaner-Gubernium eingeführt. Die ſechszehn Zipſerſtädte, mit den königl. Herrſchaften Lublo und Podolin, wornach ſich die Stände länger als dreihundert Jahre ſehnten, wurden von der Polniſchen Krone wieder an das Königreich Ungarn heimgebracht; die Entrichtungen der Unterthanen, in ſo ferne man dießfalls von den Geſetzen abgewichen iſt, wurden nach derſelben Sinn neuerdings beſtimmet, und viele andere dergleichen Verfügungen, die es zu weitläufig wäre, hier herzuzählen, kamen nach und nach zu Stande. Da auf ſolche Weiſe die Staatsgeſchäfte wie auch die Wirthſchafts- und Handels-Angelegenheiten bei der Hofkanzellei von allen Seiten ſich vermehrten, ſo iſt es kein Wunder, daß dieſelbe in dieſem Zeitraume zu einer Gröſſe und Wichtigkeit erwachſen iſt, die

ſie

inferiora munia gerunt, numerus haud mediocriter actus fuerit.

§. II.

Cancellaria Regia regnante Josepho II. novam faciem obtinet.

Postea vero quam Augustissimus Imperator, et Rex Hungariae Josephus II., Maria Theresia post felicissimum 40 annorum regimen die 29. Novembris anni 1780. ad aeternam beatitudinem transeunte, Regnorum gubernacula cepisset, quemadmodum in omnibus Reipublicae partibus administratio publicorum negotiorum, quo planior, faciliorque redderetur, non paucas mutationes subivit, ita facile conjici potest, Dicasterium quoque Aulicum, auctis ita negotiis, novam quasi faciem accepisse. Multa certe ei accesserunt, multa ei demta sunt, quae hic necesario recensenda, vel potius primis quasi lineis adumbranda videntur.

§. II.

Die Hofkanzellei erhält unter K. K. Joseph II. eine neue Gestalt.

Als die Kaiserinn Königinn Maria Theresia, nach einer vierzigjährigen glücklichen Regierung, am 29. November des J. 1780 zur ewigen Seeligkeit wanderte, und Joseph II. ihr würdiger Sohn und Nachfolger, unter göttlichem Beistand, die Regierung übernahm, sind von dieser Zeit an, da die ganze Monarchie zur zweckmäßigeren Leitung der öffentlichen Verwaltung, verschiedene Veränderungen erlitt, auch bei der Hofstelle einige Aenderungen vorgegangen. Manche Geschäfte, die sie vormahls nicht hatte, werden ihr nun zugetheilet, und wieder viele andere, welche sie bis izt behandelte, wurden ihr abgenommen. Diese Veränderungen müssen hier nothwendig, wenn gleich nicht vollkommen auseinander gesetzet, doch wenigstens berühret werden.

§. 12.

Caesarea Regia Camera Aulica cum Cancellaria jungitur.

De praecipuis, quae in Metropoli Vindobonensi a longiori tempore existebant, Dicasteriis, fuit Caesareo Regia Camera Aulica, in qua quid-

§. 12.

Die Hofkammer wird mit der Kanzellei verbunden.

Eines der vorzüglichsten Staatsämter, welches seit langer Zeit zu Wien bestand, war die K. K. Hofkammer, in welcher von der ganzen Monarchie, den Böhmisch- und Oester-

quidquid in universis Monarchiae Regnis, et Provinciis sive Germanicis, seu Hungaricis ad rem aerarialem vulgo *Cameralem* spectabat, pertractabatur. Imperator summo vix obtento imperio illico perspexit, quantum ad provehenda Reipublicae commoda momenti adferretur, si Cameralia, et Politica negotia, alioquin arcto ut plurimum nexu inter se juncta, conjunctim etiam pertractarentur, et quanto celerior negotiorum cursus procuraretur, si per conjunctionem utriusque Dicasterii frequentes, et fere quotidianae consultationes, quaestiones, disceptationes, mixtaeque, ut vocari solebant, Commissiones, inter duo Dicasteria continua quasi serie intercedentes, in futurum tollantur. Eam ob rem universali hoc antehac Dicasterio anno 1782. sublato, cuncta Aerarii Regii negotia, quae ad Regnum Hungariae spectabant, ad Hungaricam, quae vero ad Austriam, Bohemiam, ceterasque Provincias Germanicas pertinebant, ad Bohemico - Austriacam Cancellariam transtulit; ipsa quoque Officina Rationum inter duo Dicasteria Politica divisa.

Rescript. die 17. *Maji* 1782.

Pari ratione CAMERA quoque HUNGARICA subin cum Consilio Locumtenentiali Regio conjuncta est, prout infra Cap. III. uberius exponemus.

Oesterreichischen Provinzen sowohl, als den Ungarischen, alle Gegenstände behandelt wurden, welche auf die allgemeine Staatskasse oder das sogenannte Finanzwesen sich bezogen. So bald aber der Kaiser zur Regierung gelangte, sah er gleich ein, wie sehr es dem allgemeinen Wohle zuträglich wäre, die Kammergeschäfte mit den politischen, womit sie gewöhnlich sehr enge verbunden sind, auch in der Behandlung zu vereinigen, und wie sehr es zur Beförderung der Geschäfte dienen könnte, wenn durch die Verbindung beider Behörden, die fast täglich vorkommenden Anfragen, Rathserhohlungen, oftmahligen Streitigkeiten und Zusammentretungen beider Stellen, oder die sogenannten gemischten Kommißionen künftig ganz aufhörten. Aus dieser Betrachtung haben Se. Maj. im Jahr 1782 die allgemeine Hofkammer aufgehoben, und alle Geschäfte, welche die Ungarisch-Siebenbürgische Staatskasse betreffen, der Ungarisch-Siebenbürgischen Hofkanzellei, und diejenigen, welche auf die Böhmisch-Oesterreichischen Provinzen sich beziehen, der Böhmisch-Oesterreichischen, oder der sogenannten vereinigten Hofstelle, übertragen. Selbst die dazu gehörige Buchhalterei wurde zwischen beiden Hofstellen getheilt.

Auf gleiche Weise wurde die Ungarische Hofkammer, welche zu Presburg sich befand, mit der königl. Statthalterei, die Siebenbürgische mit dem Gubernium des Landes verbunden, wie in dem III. Hauptstücke umständlicher wird gezeigt werden.

Atque

Und

Atque ita Imperator sapientissima hac constitutione Statuum et Ordinum vota, quae in Comitiis Regni toties exprompserunt, non modo aequavit, sed superavit etiam. Cum enim eorum desideria plerumque eo tantum tenderent, *ne Camera Hungarica ab Aulica dependeat*, (*art.* 11. *anni* 1655. *art.* 18. 1723. *art.* 14. 1741.) ille contra hanc prorsus cum ipsis Dicasteriis Hungariae Politicis conjunxit.

Und so hat demnach der Kaiser durch diese Verfügung die von den Reichsständen auf den Landtägen oft erneuerten Wünsche nicht nur erfüllt, sondern noch weit mehr gethan; denn ihr Verlangen ging nur dahin, „daß die Ungarische Kammer nicht von der Hofkammer abhängen möge„ — der Kaiser hat sie aber sogar mit der politischen Stelle des Reichs vereiniget.

§. 13.

Cancellariae Transilvanicae cum Hungarica conjunctio.

Eodem anno facta etiam est conjunctio, vel, ut Rescriptum Regium loquitur, reunio CANCELLARIAE REGIAE TRANSILVANICAE AULICAE.

Jam equidem Leopoldo Imperatori, et Regi, Principatu Transilvaniae feliciter recuperato, in animo fuit, *Expeditionem Transilvanicam cum Cancellaria Aulica Hungarica, avito jure ita reunire, ut particulare tamen Archivum, et Regestratura uti et distincti pro hac expeditione Referendarii, et Secretarii instituerentur. Cum tamen Status Transilvaniae et hoc deprecati sint, maluerintque separatam prorsus institui expeditionem*, res tota abrupta est. (*a*)

Ita-

§. 13.

Verbindung der Siebenbürgischen Kanzellei mit der Ungarischen.

In dem nähmlichen Jahre erfolgte auch die Vereinigung, oder nach dem Ausdrucke des Hofrescripts: die Wiedervereinigung der Siebenbürgischen Hofkanzellei mit der Ungarischen.

Es war zwar schon K. K. Leopold geneigt, nachdem er das Großfürstenthum Siebenbürgen an sich gebracht hatte, „die damahls sogenannte Siebenbürgische Hof-Expedition mit der Ungarischen Hofkanzellei, nach dem alten Rechte, so zu verbinden, daß blos ein besonderes Archiv, eine eigene Registratur, eigene Referendare und Sekretare für diese Behörde bestimmt seyn sollten; da aber die Siebenbürgischen Stände auch dieses sich verbaten, und lieber eine gänzlich abgesönderte Expedition wollten, so blieb diese Absicht unerfüllt.„

Die-

(*a*) Resolutionem hanc adfert Clarissi. Benkö Tomo II. C. VIII. elegantis sui operis de Transilvania conscripti, ac Viennae Typis Kurzbeckianis anno 1778. excusi.

Itaque negotia Transilvanica initio quidem ad normam separatae cujusdam Commissionis, dein vero instituta Cancellaria Transilvanica Aulica, ratione in aliis Dicasteriis Aulicis usitata, Vindobonae usque ad hoc tempus tractabantur. Quem in finem ampla Cancellariae Regiae Transilvanicae Aulicae usibus destinata domus Vindobonae sumtibus aerarii provincialis anno 1755. comparata, splendideque instaurata fuit.

Diesemnach wurden die Siebenbürgischen Angelegenheiten Anfangs in Gestalt einer besondern Kommißion oder eines Departements, nachmahls aber, seit Einrichtung der Siebenbürgischen Hofkanzellei, wie es bei anderen solchen Stellen üblich ist, bis auf gegenwärtige Zeit, zu Wien behandelt. Es wurde nähmlich im J. 1775 auf Kosten des Landes, ein geräumiges Haus erkauft, und auf das herrlichste für diese Kanzellei eingerichtet.

At Augustissimus Imperator, animo reputans, conjunctionem utriusque Cancellariae non levia et Hungariae, et Transilvaniae allaturam emolumenta, eam anno 1782 feliciter perfecit: atque ita denuo vota Statuum et Ordinum Regni Hungariae, toties in Comitiis proposita, adimplevit.

Rescript. 14. *Aug.* 1782. 5. *April* 1785.

Weil aber der Kaiser erwog, daß die Verbindung beider Kanzelleien für Ungarn und Siebenbürgen ein nicht geringer Vortheil wäre, so hat er dieselbe im Jahr 1782 bewerkstelliget, und auch hierin die auf den Landtägen oft wiederhohlten Wünsche der Ungarischen Stände befriediget.

Regium de hac conjunctione Rescriptum ad Consilium Regium Locumtenentiale datum, et in universo Regno subin promulgatum sequens est:

Das königl. Schreiben vom 14ten Aug. des J. 1782, welches wegen dieser Vereinigung an die Landesstelle ergangen, und hierauf im ganzen Lande bekannt gemacht worden ist, lautete folgendermassen:

„ Nos Josephus etc. Reunionem
„ Cancellariae Transilvanico-Aulicae
„ cum Cancellaria Hungarico-Aulica e commodo utriusque Provinciae, cumprimis vero Transilvaniae, quae in parte sua dimidia per
„ Moldaviam, et Valachiam cincta
„ in promotione commercii penitus
„ im-

„ Wir Joseph ꝛc. da uns die Verbindung der Siebenbürgischen Hofkanzellei mit
„ der Ungarischen, zum Vortheil beider Länder, besonders aber des Großfürstenthums
„ Siebenbürgen, zu gereichen scheint, welches, da es von der einen Seite durch die
„ Moldau und Wallachey begränzt wird, im
„ Handel gänzlich gehindert wäre, wenn es
auch

„ impediretur, si ab Hungariae quo-
„ que Regno separata maneret, futu-
„ ram agnoscentes, eandem hac ra-
„ tione in effectum deduci clementer
„ praecepimus, ut unitum hocce Di-
„ casterium deinceps Cancellaria Hun-
„ garico - Transilvanica Aulica nun-
„ cupetur: illa, quae ad Regnum
„ Hungariae expedire oportebit, no-
„ mine Cancellariae Hungarico - Au-
„ licae expediantur: eae vero Expe-
„ ditiones, quae Magnum Principa-
„ tum Transilvaniae respicient, sub
„ nomenclatione Cancellariae Tran-
„ silvanico Aulicae in dictum Princi-
„ patum promoveantur. Noverint ita-
„ que Fidelitates vestrae praedecla-
„ ratam benignam Resolutionem Re-
„ giam per Regnum Hungariae, Par-
„ tesque eidem adnexas publicam
„ reddere, nulli dubitantes, quin Sta-
„ tus et Ordines Regni illam perquam
„ grato sint veneraturi animo, cum
„ per illam sponsioni per articulum
„ 18. anni 1741. factae, quod videli-
„ cet Transilvania, velut ad sacram
„ Regni Hungariae coronam spectans,
„ tam per Majestatem id temporis
„ regnantem, quam per suos Succes-
„ sores, qua Reges Hungariae possi-
„ debitur, et gubernabitur, plene sa-
„ tisfiat.

Rescript. die 14. *Aug.* 1782.

„ auch von Ungarn getrennt bliebe, so ha-
„ ben Wir aus dieser Ursache, um gedachte
„ Verbindung zu bewerkstelligen, die Kanzel-
„ leien beider Länder zu vereinbaren und die-
„ ser vereinigten Stelle den Nahmen der
„ Ungarisch-Siebenbürgischen Hofkanzellei
„ beilegen zu lassen beschlossen, bei welcher
„ dasjenige, was an das Königreich Ungarn
„ zu senden seyn wird, im Nahmen der Un-
„ garischen, was aber das Großfürstenthum
„ betrift, im Nahmen der Siebenbürgischen
„ Kanzellei versendet werden soll. Es werden
„ demnach Eu. ꝛc. oberwähnte königl. Ent-
„ schliessung in ganz Ungarn und dessen Thei-
„ len bekannt machen lassen, und Wir zwei-
„ feln nicht, daß die Stände dieselbe mit
„ Dank aufnehmen werden, indem dadurch
„ demjenigen Versprechen ein vollkommenes
„ Genüge geleistet wird, welches durch den
„ 18ten Artikel des Landtages-Schlusses vom
„ J. 1741 gemacht worden ist, daß nähmlich
„ Siebenbürgen als ein zur Krone Ungarns
„ gehöriges Land, sowohl durch Se. damals
„ regierende Maj. als derselben Nachfolger,
„ in der Eigenschaft als König von Ungarn,
„ soll besessen und regieret werden.„

§. 14.

Suprema Commissio Postalis Aulica tolitur.

Adscito alia inter sapientissimo illo principio, ut quaevis negotia publica, quoad fieri possit, contracta, simplicissima ratione administrentur, Augustissimus diversa minora Dicasteria, quae Aulicarum Deputationum, Commissionum, aut Praefecturarum nomine compellata Vindobonae pro rerum, temporumque statu instituta sunt, quin a supremis Dicasteriis, aut Tribunalibus penderent, sustulit. Praetermissis aliis, quae cum Regno Hungariae nexum haudquaquam habebant, SUPREMA COMMISSIO POSTALIS AULICA hoc loco commemoranda, ad quam nempe, utpote supremum Dicasterium universa, rem cursus publici non minus in Hungaria ac Transilvania, quam in Provinciis Austriae Germanicis tangentia negotia supreme referebantur, Principe Venceslao Paar, supremo, ac hereditario in cunctis Caesareo Regiis Terris Postarum Magistro, eidem praesidente. Hanc itaque Caesar inde a 1. Maji anni 1783 sublatam voluit, sanxitque, ut deinceps quaevis *Postalia* negotia in Provinciis per Dicasterium Provinciale, et Magistratus Politicos tractarentur, inde vero eadem ratione, qua cetera negotia Politica ad suprema Dicasteria Aulica, id est, ad Cancellariam Bohemico-Austriacam, aut Hungarico Transilvanicam suo ordine deferrentur.

§. 14.

Die oberste Hofkommission in Postsachen wird aufgehoben.

Da der Kaiser unter andern den weisen Grundsatz angenommen hat, alle Staatsgeschäfte, in so weit es geschehen kann, zusammenzuziehen und auf die einfachste Behandlungsart einzuleiten, so sind diesemnach mehrere kleine Aemter, die in verschiedenen Zeiten unter den Nahmen von Hofdeputazionen, Kommissionen oder Aemtern, errichtet worden waren, und von den obersten Landesstellen und Gerichten nicht abhingen, aufgehoben und abgeschafft worden. Ohne andere zu berühren, die mit den Ungarischen Angelegenheiten keinen Zusammenhang hatten, soll hier nur der obersten Hofkommission in Postsachen Erwähnung geschehen, zu welcher als einer obersten Stelle, alle Postangelegenheiten von Ungarn und Siebenbürgen, so wie von den übrigen K. K. Staaten, unter der Leitung und dem Vorsitze des K. K. Erb-Ober-Postmeisters, Fürstens von Paar, gezogen wurden. Diese Kommission aber hat der Kaiser schon unter dem 1. May des J. 1783. aufgehoben, mit dem Befehle, daß künftig alle Postgeschäfte in den Provinzen durch die politischen Behörden behandelt, von diesen aber, gleich den übrigen Staats-Geschäften, zu den obersten Hofstellen, nähmlich aus den Oesterreichischen Erbstaaten zur vereinigten Hofstelle, und aus den Ungarischen Provinzen zu der Ungarisch-Siebenbürgischen Hofkanzelley, der Ordnung nach, sollen berichtet werden.

Praefecturae ergo Postarum in quibusvis negotiis in Hungaria quidem a Consilio Regio, in Transilvania vero a Gubernio dependent. Excipiuntur tamen 1. „ Ratiocinia, et Li„ quidationes proventuum Postalium, „ quae Officio Exactoratus Postalis „ Viennensis ultra quoque per uni„ versos Postae Magistros, more „ consueto, mitti debebunt; 2. quae„ vis *Gratialia* in re postali occurren„ tia. Quemadmodum enim hacte„ nus, ita pro futuro quoque Gene„ rali per hereditarias Ditiones Ma„ gistro Principi Paar delatum est „ jus pro majoribus quidem Officiis, „ uti sunt Praefecturae Postarum, „ Officia *Contrascribarum*, *Controli„ santium* vulgo dictorum Officialium, „ et Expeditoris currus Postalis vi„ ros idoneos, medio Cancellariae „ Regiae Aulicae, Majestati Regiae „ proponendi, obtentaque resolutio„ ne solita Decreta sua sub subscri„ ptione expediendi, universa autem „ reliqua minora Officia Postalia pro„ pria auctoritate conferendi.

Rescript. ad Consilium 22. Martii 1783.

Die Postverwaltungen hängen demnach in einigen Geschäften unmittelbar in Ungarn von der Statthalterey, in Siebenbürgen von dem Gubernium ab. Ausgenommen sind jedoch 1) Die Rechnungen und Geldlieferungen von den Post erträgnissen, welche der Wienerischen Postbuchhalterei durch alle Postmeister, nach der bisher bestandenen Gewohnheit, übersandt werden müssen; 2) Alle im Postwesen vorkommende Gnadensachen; denn so wie bisher ist auch ein Zukunft dem obersten Erbpostmeister der sämmtlichen Erbländer, Fürsten v. Paar, das Recht vorbehalten, für die höheren Postamtes Bedienungen, als da sind: das Amt eines Postverwalters, eines Gegenschreibers oder sogenanten Controllors und eines Postwagens-Expeditors, taugliche Leute, mittels der Hofkanzelley, dem Hofe vorzuschlagen, und nach erhaltener Genehmigung, die gewöhnlichen Dekrete unter eigener Unterschrift, auszufertigen, alle übrigen geringeren Postbedienungen aber eigenmächtig zu verleihen.

§. 15.

Cancellaria Aulica augetur.

Hac duorum Dicasteriorum, et unius Commissionis Aulicae accessione facta, negotia Cancellariae Regiae fere dimidio aucta sunt. Quamobrem non modo Cancellario, eique, qui

§. 15.

Erweiterung der Hofkanzelley.

Nachdem auf solche Weise die Hofkanzelley den Zuwachs von zwey neuen Hofstellen und einer Kommission erhalten hat, so sind dadurch derselben Geschäfte fast zur Hälfte vermehrt worden. Aus dieser Ursache

qui jam adfuit, Procancellario, ob negotia Transilvanica novus Procancellarius additus, iique, qui hactenus in Cancellaria Transilvanica varia munia gesserunt, additi, et subordinati, sed numerus etiam Consiliariorum Aulicorum, sive *Referendariorum* quatuor capitibus auctus, et cum proportione inferiores quoque subalternae Praefecturae ampliori Officialium numero instructae fuerunt. Ut autem pro celeriori, meliorique negotiorum pertractatione omnibus totius hujus corporis membris conjunctim muniis vacare liceret, aedes Cancellariae, quantumvis amplae, contigua Comitis Trautson domo emta, protensae, atque ita ordinatae sunt ut unicuique Consiliariorum separatum, et proprium sit Conclave, vulgo *Bureau* dictum, in quo una cum ceteris sibi adsignatis Officialibus solitis munii sui laboribus quotidie operam dare possint.

§. 16.

Nonnulla negotia a Cancellaria separantur.

Quamvis autem *Personalis* Cancellariae Status hac ratione augmentum acceperit, in hoc tamen rerum situ, dum parte ex una tot nova ei Dicasteria junguntur, alia vero ex parte in omnibus fere rei Politicae, Cameralis, Oeconomicae, et Commercialis partibus quoad administrationem publicorum negotiorum maximi momenti mutationes fiunt, moles negosache wurde dem Kanzler, nebst dem schon vorhandenen Vizekanzler, für die Siebenbürgischen Angelegenheiten, nicht nur ein neuer Vicekanzler und das sämmtliche Personale der vorher getrennten Siebenbürgischen Hofkanzelley zugegeben und untergeordnet, sondern es wurde auch die Anzahl der Hofräthe und Referenten mit vier Männern und verhältnißmässig auch das untergeordnete Personale, vermehrt. Damit zum schleunigeren und besseren Betriebe der Geschäfte, diese Personen gemeinschaftlich beisammen seyn mögen, ist das an dem Kanzelleygebäude befindliche gräfl. Trautsonische Haus, von dem Hofe erkauft, nach dem Plane des ersteren erbaut und also eingerichtet worden, daß jedem Hofrathe seine Amtsstube (Bureau) angewiesen ist, wo er mit den ihm zugetheilten Unterbeamten sich täglich einzufinden und seine Geschäfte zu besorgen hat.

§. 16.

Einige Geschäfte werden von der Kanzelley getrennt.

Obschon die Beamten der Kanzelley oberwähntermassen vermehrt worden sind, so musten dennoch, da einerseits denselben so viele neue Verrichtungen zugewiesen wurden, andererseits aber in allen Theilen der Staatsverwaltung, im Staats, politischen- und im Kammeralsache, in der Landwirthschaft und im Handelswesen, vielfältige, sehr wichtige Veränderungen vorgingen, die vorkommenden Geschäfte weit vielfältiger seyn,

gotiorum major existere debuit, quam cui ferendae vel vires, vel tempus sufficerent. Ea de causa Augustissimus Imperator alia quidem negotia *ad tempus*, donec nempe in debitum ordinem redacta fuerint, alia vero in perpetuum a Cancellaria amovit, quae necessario isthic recensenda videntur.

§. 17.

Commissio Ecclesiastica.

Inter ea, quae Caesar *ad tempus* constituenda judicavit, primo loco occurrit COMMISSIO ECCLESIASTICA, 15 Junii Anni 1782 Vindobonae stabilita.

Quae Imperatorem ad negotia Ecclesiastica in separato Senatu tractanda permoverint, abunde ex illo Rescripto Regio, quod ad Consilium Regium die 10 Septembris ejusdem anni, cum illic pariter similis Commissio institueretur, datum est, intelligitur. Ait enim „sibi exemplo Majorum „ suorum nihil magis cordi fuisse, „ quam ut vera orthodoxa Religio „ pura, sartaque conservaretur, et, „ qua liceat, ratione propagaretur: ad „ hunc vero scopum nihil magis perti„ nere videri, quam si ea, quae ad re„ gimen Ecclesiarum, curam anima„ rum, et externam disciplinam Eccle„ siasticam spectant, ita ordinentur, „ rationibusque Status publici accom„ modentur, ut cuncta ad communia „ Re-

als die Kanzelley, ohne nachtheiliger Verzögerung zu bestreiten vermögend war. Diese Betrachtung hat den Kaiser bewogen, verschiedene Geschäfte auf einige Zeit, bis sie nähmlich in Ordnung und Gang gebracht seyn werden, andere auf immer von der Kanzelley zu trennen. Von diesen Verfügungen ist es nöthig hier die nähere Anzeige zu machen.

§. 17.

Geistliche Kommission.

Unter den Amtsbestellungen welche der Kaiser auf einige Zeit anzuordnen für dienlich errachtet hat, war die erste die Geistliche Komission, welche am 15 Junius des J. 1782 zu Wien errichtet wurde.

Die Ursachen, welche den Kaiser bewogen haben die geistlichen Geschäfte durch eine besondere Kommission behandeln zu lassen, ergeben sich deutlich aus dem königl. Rescripte, welches unter dem 10 Septemb. des nähmlichen Jahres, an die königl. Landesstelle ergangen ist, als daselbst eine ähnliche untergeordnete Kommission errichtet wurde. Der weise Monarch äussert sich in diesem Rescripte „ es liege ihm, nach dem „ Beispiele seiner Vorfahrer, nichts näher „ am Herzen, als daß die ächte christliche „ Glaubenslehre rein und unverletzt erhalten, und so viel möglich, ausgebreitet „ werde. Zu diesem Endzwecke halten Se. „ Maj. dafür, daß nichts sicherer leiten könne, als wenn alle Gegenstände, welche „ die geistliche Gewalt, die Seelsorge und „ die äussere Kirchenzucht betreffen, gemein-

„ Religionis, et Reipublicae commo-
„ da provehenda, tranquillitatemque
„ publicam procurandam tendant:
„ quem in finem multa quidem a glo-
„ riosis Anteceſsoribus ſuis, et praeser-
„ tim a Genitrice ſua dilectiſsima pro-
„ videntiſsime ſuscepta, constitutaque
„ fuiſse, plura tamen, quae ab iisdem
„ necdum effecta reddi potuiſsent, ſu-
„ pereſse. Neceſsarium itaque eſse,
„ et ad ipſum commodum publicum
„ magnopere intereſse, ut illa quo-
„ que, quae ad abſolutionem hujus
„ operis desiderarentur, ordine *ſyſte-*
„ *matico*, ſecundum conſtabilita jam
„ certa, fixaque principia quampri-
„ mum perficiantur: cum autem ex-
„ perientia teſtatum redderet, id nulla
„ alia certiore, facilioreque ratione
„ obtineri poſſe, quam si hujusmodi
„ negotia in peculiaribus Commiſsio-
„ nibus pertractentur: ſe ſe tam Vin-
„ dobonae, quam in Provinciis quoque
„ peculiares hujusmodi Commiſsiones
„ Ecclesiaſticas condidiſſe. „
Rescript. Reg. 10 *Septemb.* 1782.

„ ſchaftlich alſo behandelt, und mit den
„ Grundſätzen des Staates in ſolche Uiber-
„ einſtimmung gebracht würden, daß dabey
„ alles zum gemeinſchaftlichen Beſten, zum
„ Frieden und zur Ruhe der Religion und
„ des Staates, zuſammenwirke. In dieſer
„ Abſicht hätten Se. Maj. gloreiche Vorfahrer
„ und beſonders allerhöchſtdero vielgeliebte-
„ ſte Mutter ſeel. Andenkens, ſchon vieles
„ weislich unternommen und verfüget, es ſey
„ aber noch viel zu thun übrig, was ſie nicht
„ zu Stand hätten bringen können; daher
„ wäre es nothwendig und es liege dem all-
„ gemeinen Wohl daran, was zur Vollen-
„ dung ihrer heilſammen Zwecke noch ab-
„ geht, in ſyſtematiſcher Ordnung nach all-
„ gemein angenommenen und feſtgeſetzten
„ Grundſätzen, zu bewerkſtelligen. Da aber
„ die Erfahrung lehret, daß dieſes auf
„ keine mehr ſichere und leichtere Art ge-
„ ſchehen kann, als wenn ſolche Geſchäfte
„ durch beſondere Kommiſſionen behandelt
„ werden, ſo haben Se. Maj. für gut be-
„ funden ſowohl zu Wien, eine Haupt-
„ kommiſſion, als in den Provinzen der-
„ gleichen beſondere geiſtliche Kommiſſionen
„ zu errichten. „

Eidem porro Rescripto Regio adnexus etiam eſt elenchus earum materiarum, quae in Commiſsionibus Ecclesiaſticis agendae, tractandaeque ſunt, quae, quia ignorari non debere videntur, ad ſumma capita reductae, iſthic exhibentur. Huc itaque pertinebunt:

Dieſem königl. Reſcripte iſt auch ein Verzeichniß derjenigen Gegenſtänden beigefügt, welche in den geiſtlichen Kommiſſionen behandelt werden ſollen. Da dieſelben bekannt zu ſeyn verdienen, ſo werden ſie hier, auf Hauptpunkte zuſammengezogen, angehängt. Es ſind folgende:

1.) Normalia Conſtituta in *Publico Ecclesiaſticis*.

Erſtens: alle im weltlichen und geiſtlichen Fache erſcheinenden Verordnungen.

2.) Inſtitutiones, diviſiones, dotationes, et viciſsim, si res poſtulet, abolitiones, aut conjunctiones Archiepiſcopatuum, et Epiſcopatuum.

2) Errichtungen, Vertheilungen, Dotirungen und allenfalls Aufhebungen der Bisthümer.

3.) Quaevis cum Sede Apoſtolica intercedentia negotia. Negotia Reſervationum, aut aliarum e. g. ex Concordatis deductarum Sedis Apoſtolicae Praetensionum. Placeta Regia.

3) Alle mit dem päpſtlichen Stuhle vorkommende Geſchäfte, Vorbehalte, andere z. B. aus den Concordaten hergeleitete Forderungen des römiſchen Hofes; Was das königl. Placetum betrift.

4.) Quaeſtiones de condendis teſtamentis; ſucceſsiones, et acquisitiones Ecclesiaſticorum.

4.) Uiber Teſtamente, Erbfolgen, und Erwerbungen der Geiſtlichen.

5.) Negotia dispenſationum matrimonialium.

5.) Ehedispensſachen.

6.) Quaeſtiones circa Jus Patronatus, Dotationes Ecclesiarum, earundemque, uti et Sodalitiorum, et quarumvis Fundationum proventus, aedificia, ſubſtantiam occurrentes.

6.) Fragen, welche über das Patronatsrecht, geiſtliche Stiftungen jeder Art, ſo wie über Bruderſchaften und derſelben Einkünfte, Güter, Gebäude und Unterhalt vorkommen.

7.) Negotia regulationis, et dotationis quarumvis Paroeciarum.

7.) Was die Einrichtung und Dotirung der Pfarrern betrift.

8.) Negotium ſublationis Monaſteriorum, Reipublicae minus neceſsariorum: conservationis vero utilium, prout et ſtatus eorum activi et paſsivi.

8.) Aufhebung der überflüſſigen Klöſter: Vorſehung für die nüzlicheren.

9.) Res ſufferendae penitus, aut ſaltem limitandae mendicationis.

9.) Maßregel das Betteln der Mönche, entweder ganz aufzuheben oder zu beſchränken.

10.) Dispensationes a votis ſolennibus: abuſus, qui in re indulgentiarum, variarum devotionum, publicarum ſup-

10.) Was Diſpenſen von feierlichen Gelübden und die Misbräuche betrift, welche in Anſehung der Abläſſe verſchiedener

Au-

ſupplicationum, piarum peregrinationuum, ſodalitiorum, concionum, benedictionum etc. irrepsiſse animadvertentur.

Andachten, Kirchgänge, Wallfahrten, Predigten, Segenertheilungen ꝛc. eingeſchlichen ſind.

11.) Negotium ordinationis Directoriorum.

11.) Einrichtung der Directorien.

12.) Res de interna Regularium Ordinum disciplina, eorumque Inſtitutis, provincialium Capitulorum ſtatutis, et quae ſunt hujusmodi.

12.) Alle Gegenſtände in Beziehung auf die innere Zucht der Regularorden, ihre Ordensregeln, ihre auf den Provinzialverſammlungen gefaſte Entſchlieſſungen u. d. gl.

13.) Res irregularitatis, et ſuspensionis a miniſterio, item ordinationis.

13.) Streitigkeiten, welche über Irregularitäts-Erklärungen, Enthebungen vom Kirchendienſte oder wegen Ordinirung entſtehen können.

14.) Negotia curam animarum respicientia.

14.) Was immer auf die Beförderung, und Verbeſſerung der Seelſorge einſchlägt.

15.) Negotia Tertiarios, et id genus Coetus, eorumque ſublationem, aut abusuum correctionem tangentia.

15.) Desgleichen was den Tertiarorden und andere ſolche Gemeinheiten, was derſelben Aufhebung oder beſſern Einrichtung; betrift.

16.) Res, quae ad Censuras Eccleſiaſticas Secularibus irrogandas, et ad Beneficia ſimplicia referuntur.

16.) Kirchenbußen für weltliche Perſonen, einfache Pfründen.

17.) Ordinatio Seminariorum junioris Cleri.

11.) Einrichtung der geiſtlichen Pflanzſchulen.

18.) Regulationes Provinciarum Ordinum Religiosorum: confirmationes Superiorum: nexus cum extraneis: pecuniarum extra Provincias hereditarias miſsio: numeri item Religiosorum in Coenobiis designatio.

18.) Einrichtung der Ordens-Provinzen Beſtätigung der gewählten Obern; derſelben auswärtige Verhältniſſe und Geldverſendungen; Beſtimmung der jedem Kloſter zukommenden Anzahl von Perſonen.

19.) Querimoniae contra Episcopos, et Consistoria, si potestate Ecclesiastica abutantur.

19.) Beschwerden gegen Bischöfe und Consistorien, wenn sie ihre Gewalt misbrauchen.

20.) Res asyli, excommunicationis, Censurarum Ecclesiasticarum.

20.) Was Zufluchtsörter, Kirchenbann und Kirchenbußen betrift.

21.) Examina Religiosorum pro cura animarum, eorundemque ad alia munia applicationis.

21.) Gegenstände, aus welchen die zur Seelsorge bestimmten Geistlichen geprüft werden müssen, und derselben Anstellung.

22.) Carceres claustrales. Aetas ad Professionem requisita. Excessuum, et disordinum claustralium investigationes.

22.) Klostergefängnisse; das zur Ablegung der Gelübde nöthige Alter, Untersuchung klösterlicher Unordnungen und Ausschweifungen.

23.) Negotia regulationis stolae Parochorum.

23.) Festsetzung der Stollgebühren.

24.) Res administrationis Bonorum abolitorum Religiosorum utriusque sexus Ordinum.

24.) Verwaltungsgeschäfte der Güter, welche von aufgehobenen Klöstern beiderlei Geschlechts zum Religionsschatze gekommen sind.

25.) Res pensionum eorundem.

25.) Was sich auf den Lebensgehalt der Mönche und Nonnen aufgehobener Klöster bezieht

26.) Negotia proventuum sublatorum, aut sustinendorum Claustrorum, totiusque Fundi Religionis.
Ibidem. in adnexo Schemate.

25.) Alles endlich, was auf die Einkünfte von aufgehobenen oder aufzuhebenden Klöstern und den Religions-Schatz irgend eine Beziehung hat.

A pertractandis hac in Commissione negotiis expressis verbis eximuntur omnia ea, quae 1.) ad Dogma Fidei, administrationem Sacramentorum, et disciplinam internam Ecclesiae, 2.) quae ad res Acatholicorum, ac uni-

Hingegen sind von dieser Commission ausdrücklich alle Gegenstände getrennt, welche 1.) Die Glaubensgeheimnisse, die Ausspendung der Sakramente und das innere Wesen der Religion betreffen; 2.) die Angelegenheiten der Akatholiken, und überhaupt alle

universim introductae Christianae Tolerantiae spectant. 3.) Fundationes, quae proprie Ecclesiasticae non sunt, uti Domus correctoria, Xenodochia etc. 4.) Fundationes, quae rem literariam spectant, proindeque in Commissione Studiorum tractandae sunt.

Rescript. 10 *Sept.* 1782. 29 *Nov.* 1785.

alle Gegenstände der eingeführten Religionsfreyheit; 3.) Stiftungen, die nicht eigentlich geistlicher Art sind, als: Zuchthäuser, Krankenhäuser ꝛc. 4.) Stiftungen zum Behuf der Wissenschaften, welche daher zu der Studiencomission gehören.

Aulica Commissio Ecclesiastica, Vindobonae existens, universalis est, ad omnia Regna, et Provincias extensa; illae igitur, quae in Provinciis constitutae sunt, tantum ut peculiares, seu *filiales* Commissiones habendae sunt.

Rescript. 3 *Jun.* 1783.

Die zu Wien errichtete geistliche Hofkommission ist allgemein; ihr Wirkungskreis verbreitet sich auf alle K. K. Länder. Diejenigen geistlichen Kommissionen, welche in den Provinzen sich befinden, sind besondere, oder Filial-Kommissionen.

Commissioni huic, quae singulis diebus Martis considet, praeter Praesidem aliqui Consiliarii, partim ex Cancellaria Bohemico-Austriaca, partim ex Hungarico-Transilvanica delecti, quos inter duo sunt de ordine Ecclesiastico, intersunt. Horum aliqui de negotiis mere Ecclesiasticis, alii vero de Ecclesiasticis, quae cum Cameralibus, nempe Bonorum Ecclesiasticorum administrationem, proventus, expensas respicientibus juncta sunt, referunt.

Bei jener, welche jeden Dienstag ihre Sitzungen hält, befinden sich, nebst dem Präsidenten, einige dazu ernannte Räthe, theils aus der Böhmisch-Oesterreichischen Hofkanzelley, theils aus der Ungarisch-Siebenbürgischen, und darunter zwei vom geistlichen Stande. Einige tragen die blos geistlichen Gegenstände, andere aber diejenigen vor, welche mit dem Kameralwesen verbunden sind, solche nähmlich, welche die Verwaltung der geistlichen Güter, und Einkünfte und Ausgaben des Religonsschatzes betreffen.

Omnia, quae in ea tractantur, et conficiuntur, in duo Protocolla inseruntur, quorum unum negotia Provinciarum Germanicarum, aliud vero Hungaricarum complectitur. Ambo ad eam, quo spectant, Cancellariam deferuntur, a Praesidibus Cancellariae

Alles was man hier abhandelt und beschließt, wird in zwei Protokollen aufgezeichnet, davon eines den Angelegenheiten der Oesterreichischen Provinzen, das andere den Angelegenheiten der Ungarischen gewidmet ist. Jedes wird zu der Kanzelley, wohin es gehört, gebracht, dort von dem Kanzler übersehen

riae unius, et alterius revidentur, et subscribuntur, atque hac solum via ad Principem, additis, si quae occurrunt, observationibus, perveniunt. A Commissione enim Ecclesiastica nihil expeditur, nihil repraesentatur Principi, nulla ad Provincias Mandata mittuntur. Vicissim quaecunque Mandata a Principe, vel Relationes a Dicasteriis Provincialibus, vel supplices libelli a privatis adferuntur, ad Dicasteria Aulica primum perveniunt, ibi signantur, Protocollis inscribuntur, Consiliariis Aulici Dicasterii, uti alia quaevis negotia traduntur, ac ab his deinde in Commissione Ecclesiastica referuntur.

§. 18.

Commissio Studiorum.

Eodem anno 1782 stabilita est Vindobonae pro universis hereditariis Germanicis Provinciis COMMISSIO STUDIORUM AULICA, ad quam subinde, id est, anno 1784 Hungarica quoque rei literariae negotia derivata sunt. Ab hac, tanquam matre, omnes aliae filiales Commissiones, in Provinciis constitutae, vim, normam, atque directionem obtinent. Cognovit nimirum Aug. Imperator publicae felicitati quam maxime consultum fore, si simplex et aequalis in cunctis Monarchiae partibus docendi, discendique ratio obtineat: nulla autem ratione praeclarum hunc scopum attingi posse, nisi centrum aliquod, a quo uni-

sehen und unterschrieben, manchmal auch mit dessen besondern Gutachten begleitet, und nur auf diesem Wege an den Landesfürsten gebracht; denn unmittelbar macht die Geistliche Kommission keine Ausfertigung, keine Vorstellung bei Hofe, keine Verordnung an die Provinzen. Eben so gehen auch die für diese Kommission gehörigen landesfürstlichen Befehle, die Berichte von den Provinzialstellen oder die Bittschriften von Privatpersonen, zuerst an die Hofkanzelleyen; hier werden sie unterschrieben, in den Protokollen verzeichnet, den Hofräthen, welche Beisitzer der geistlichen Kommission sind, überreicht und von diesen wird dann in den Sitzungen der Kommission darüber Bericht erstattet.

§. 18.

Studien-Kommißion.

In dem J. 1782 ist zu Wien für sämmtliche Oesterreichische Erbländer eine Studien-Hof-Kommißion errichtet worden, zu welcher hierauf im J. 1784 auch die Geschäfte des Ungarischen Schulwesens gezogen wurden. Von dieser Hauptkommißion erhalten alle andere in den Provinzen befindliche Filialkommißionen ihre Gewalt, Richtschnur und Leitung. Der Kaiser erkannte, daß zur Erreichung seiner wohlthätigen Absicht, die allgemeine Glückseeligkeit durch Aufklärung und Tugenden zu gründen, das öffentliche Erziehungswesen eine besondere Aufmerksamkeit verdiene, und nichts zweckmäßiger wäre, als wenn in allen Theilen des Staates eine gleiche Lehr- und Lernart Plaz greiffe. Diese zu bewirken, erkannten Se. Majestät, daß

universa res literaria, et educationis quasi principium capiat, regaturque, constituatur.

Hujus itaque Commissionis est, universa, quae in cunctis Terris hereditariis, sive Germanicis, seu Hungaricis ad rem literariam spectant, curare; educationi juventutis attendere, rectam, atque aequalem docendi, discendique normam, in cunctis Monarchiae Universitatibus, Academiis, Lycaeis, Gymnasiis, imo in trivialibus etiam ludis observandam designare, neve ab ea recedatur, sedulo studio invigilare. Hujus est, generalem Fundi studiorum bilancem examinare, proventus, quoad licet, augere, ac sumtus ad rem literariam necessarios rite constituere. Ab hac Professorum, atque Magistrorum salaria, praemia bene meritorum, stipendia juventutis literarum studiosae, verbo, quaevis literaria instituta pertractantur.

Quavis hebdomada semel, id est, die Mercurii Senatus hic congregatur, cui, praeter Praesidem, Consiliarii duodecim intersunt, quorum alii ex Cancellaria Hungarica, alii ex Bohemico-Austriaca, alii ex scientiarum Universitate Vindobonensi delecti sunt.

Huic ipsi Commissioni Aulicae SUPREMA etiam LIBRORUM CENSURA, jussu Principis, adnexa est.

ein Mittelpunkt festgesetzt werden müsse, von welchem aus das sämmtliche Erziehungswesen übersehen und geleitet werden kann.

Es liegt demnach dieser Kommißion ob, alle diejenigen Geschäfte zu besorgen, welche das Erziehungswesen in den Oesterreichischen Provinzen sowohl, als in den Ungarischen, zum Gegenstand haben, für die Bildung der Jugend zu wachen, eine zweckmäßige Lehr- und Lernart zu bestimmen, sie in allen Universitäten, Akademien, Gymnasien, Lycäen und selbst in den Landschulen, nach einem zusammenhangenden Systeme, einzuführen, und derselben getreue Befolgung handzuhaben. Es ist ihre Sache, die Rechnungen über den Studienschatz zu untersuchen, dessen Einkünfte, so viel möglich, zu vergrößern, und die zur Beförderung des Erziehungswesen nöthigen Kosten zu überschlagen und anzuweisen. Sie behandelt alle Gegenstände, welche der Professoren und Lehrer Gehalt, die Belohnungen der im Schulwesen wohlverdienten Lehrer oder Schüler, die Stipendien der Studirenden betrift, mit einem Worte alles, was zum öffentlichen Unterricht gehört.

Diese Kommißion hält ebenfalls allwöchentlich, an Mittewochen eine Sitzung, welcher nebst dem Präses, noch zwölf Räthe beiwohnen. Diese sind theils aus der Böhmisch-Oesterreichischen, theils aus der Ungarisch-Siebenbürgischen Kanzellei, und theils aus dem Senate der Wienerischen Universität.

Eben dieser Hofkommißion ist auch, auf Befehl des Kaisers, die oberste Büchercensur übertragen.

Nor-

Uebri-

Norma porro negotia tractandi ea ipsa hic quoque observatur, quam paulo ante, quum de Commissione Ecclesiastica ageremus, commemoravimus.

Uebrigens beobachtet dieselbe die nähmliche Behandlungsart der ihr aufgetragenen Geschäfte, wie im vorigen Abschnitte von der geistlichen Kommißion ist angeführet worden.

§. 19.

Commissio piarum Fundationum.

Sequitur COMMISSIO PIARUM FUNDATIONUM SECULARIUM AULICA, quam Imperator in Metropoli Vindobonensi similiter, quo pia quaevis Instituta in debitum ordinem reducantur, die 17 Aprilis 1784 condidit.

Potestas illius extenditur ad universas fundationes civiles, quaecunque ad sublevandam miseriam humanam quocunque in loco aut jam conditae sunt, aut in futurum condentur. Hujus generis sunt Nosocomia, Xenodochia, Domusque aut mente captis, aut puerperis, aut recipiendis, quos impia manus exposuit, infantibus destinatae etc. Hic id etiam agitur, ut utilissimum Pauperum Institutum, quod Comes de Buquoi, dignissimus hactenus Commissionis hujus Praeses, in Dynastiis primum suis induxit, quodque dein in omnibus hereditariis Provinciis, non sine maximo verae egestatis levamine, felicissime efflorescere coepit, magis, magisque propagetur, ac perficiatur. Hic est ille Senatus, in quo Regia munificen-

§. 19.

Kommißion über milde Stiftungen.

Wir kommen nun an die Kommißion, welche der Kaiser wegen der milden Stiftungen zu Wien am 17ten April 1784 zu dem Ende errichtet hat, damit alle Stiftungssachen in gehörige Ordnung gesetzt werden.

Ihre Wirksamkeit erstrecket sich auf alle bürgerlichen Stiftungen, die zur Milderung des menschlichen Elends an was immer für einem Orte, entweder schon angelegt sind, oder noch errichtet werden sollen. Dahin gehören: Spitäler, Kranken- Toll- Gebähr- und Findelhäuser ꝛc. Bei dieser Kommißion berathschlagt man sich, wie das heilsame Armeninstitut, welches der würdige Graf von Buquoi, bis itzt gewesener Präses dieser Kommißion, auf seinen Herrschaften in Böhmen zuerst eingeführt hat, und das nun schon in dem grösten Theile der Erbländer, nicht ohne großer Erleichterung wahrer Armuth, glücklich blühet, immer mehr ausgebreitet werden kann. Diese Kommißion ist endlich der Senat, durch welchen sich die Wohlthätigkeit des Landesfürsten bis zur niedersten Klasse der Bürger herabläßt; die mit des Regenten unsichtbarer Hand Wunden heilet, den Gebährerinnen

zur

centia se se ad miserrimam Civium classem demittit, et occulta Principis manus et vulnera ligat, et puerperis opem fert, et infantes in cunas recipit.

zu Hülf kommt, und den neu erzeugten Bürger in Sicherheit setzet.

Adsunt huic Senatui, praeter Praesidem, quinque Consiliarii Aulici, ex Aulicis Dicasteriis delecti. Hi quovis die Sabbathi in coetum coeunt, eademque norma, quam supra commemoravimus, negotia pertractant. Cuivis autem Provinciae filialis est Commissio, a supremo hoc Senatu dependens.

Dieser wohlthätigen Rathsversammlung wohnen ausser dem Präses noch fünf Hofräthe bei, wovon zwei aus dem Mittel der Ungarisch-Siebenbürgischen Hofkanzellei sind. Sie treten alle Samstage, wie oberwähnte Kommißionen, zusammen, und behandeln ihre Geschäfte auf die nähmliche Art, wie von diesen Kommißionen ist gemeldet worden. Jede Provinz hat wieder ihre Filial-Kommißion, die alle zusammen von der Leitung dieser Hofkommißion abhängen.

§. 20.

Commissio aedilis.

Habuit Aula Caesarea Regia omni tempore praeter diversas alias Aulicas Praefecturas, propriam etiam Praefecturam aedilem Aulicam *(Officium aedile)*, cujus curae et directioni, praeter Palatium Regium, Arces omnes Regiae, et quaevis aedificia Aulica, tam urbana, quam ruralia suberant.

At Imperatori, Praefecturam hanc die 13 *Octob.* 1783 majori virorum, rei Geometricae, Architectonicae, et Hydraulicae apprime peritorum, numero augere, ejusque jurisdictionem, antehac ad solam Aulam Regiam restrictam, ad Provincias quoque extende-

re

§. 20.

Hofkommission in Bausachen.

Der K. K. Hof hatte nebst anderen Hof-Aemtern, auch zu allen Zeiten ein eigenes Hofbauamt, unter dessen Vorsorge und Aufsicht nicht nur die Hofburg, sondern auch alle K. K. Schlösser und Hofgebäude, sowohl in der Stadt, als auf dem Lande standen.

Se. iztregierende Maj. fanden für gut dieses Amt unter dem 13 Octob. 1783. mit einer Anzahl von Personen, die vorzüglich in der Erdmeßkunst, in der bürgerlichen- und Wasserbau-Kunst bewandert sind, zu vermehren dessen Wirkungskreis, der vorher nur auf Hofarbeiten beschränkt war, über alle Provinz

zen

re visum est. Unde ei nomen CAESAREO - REGIAE UNIVERSALIS SUPREMAE, ET AULICAE DIRECTIONIS AEDILIS, eo sic mandante, inditum est.

Quidquid igitur e Regnis, et Provinciis ad Dicasteria Aulica perfertur, et vel ad aedificia Regia, et publica, vel ad canales ducendos, aggeres struendos, flumina rectius ordinanda, ripas firmandas, aut repurgandas, paludes siccandas, aut alia quaecunque opera publica pertinet, in hocce Collegio aedili tractabatur, examinabatur, probabaturque, aut rejiciebatur.

Suprema haec Directio principio e supremo Aulico rei aedilis Directore, ac tribus Assessoribus constabat, quibus subinde Decreto Regio quartus etiam additus.

Eodem tempore in cunctis Regnis et Provinciis, ubi Provincialia Dicasteria, aut Gubernia adsunt, subalternae etiam Directiones aediles, quae a suprema hac Commissione Aulica dependeant, constitutae fuerunt: quia nihilominus Augustissimus Imperator successu temporis animadvertit, has negotiis perficiendis sufficere, die 24 Nov. 1787 determinavit, ut Aulica haec Commissio tollatur, ac in sequelam hujus suae voluntatis Decreto die 24 Januarii 1788 edito constituit, ut tam Bohemico-Austriacae, quam et Hungarico-Transilvanicae Cancellariae unus de

zen der Monarchie auszudehnen und dasselbe mit der Benennung einer K. K. allgemeinen Ober- und Hof-Baudirekzion zu belegen.

Was demnach immer aus den Ländern an die Hofstellen gelangte, und königliche oder öffentliche Gebäude, Kanalgrabungen, die Aufführung von Dämmen, die Richtung der Flüsse, die Reinigung der Ufer, die Austrocknung der Sümpfe, oder andere solche öffentliche Werke zum Gegenstand hat, wurde hier untersucht, und dann genehmiget, oder verworfen.

Dieses Amt bestand zuerst aus einem Ober- und Hofbau-Director und drei Beisitzern, welche über alle einkommende Bau- und Ingenieur-Gegenstände den Vortrag machten. Durch eine spätere Hofentschliessung ist auch noch ein vierter Beisitzer hinzugekommen.

Zu gleicher Zeit wurden in den Ländern, wo sich eine Landesstelle oder ein Gubernium befindet, besondere Provinzial-Baudirekzionen errichtet, die der Hofbaukommission untergeordnet waren; da aber Se. Majestät nachher erkannten, daß letztere allein zureichend sind, so haben Allerhöchst dieselben unter dem 24. Nov. des J. 1787. beschlossen, die Oberhofbaukommission wieder aufzuheben, und dem zu Folge wurde durch ein Rescript vom 24. Jän. 1788. verfüget, daß ein in der Geometrie, Architektur und Hydraulik besonders geübter Hofrath dieser nun aufgehobenen Kommission, sowohl bey der Böhmisch-Oesterreichischen

de gremio ejusdem jam abolitae Commissionis Referens Consiliarius in scientiis Geometriae, Architecturae, et Hydraulicae apprime versatus, et exercitatus interesset: in Officina vero Rationaria Aulica nonnulli viri, his ipsis scientiis egregie exculti, constituerentur, qui aedificiorum Regiorum, aut publicorum designationes *(plana)* examinent, adaptent, ac, quoties e re fuerit, opiniones suas depromant, atque Dicasteriis Aulicis proponant.

§. 21.

Directio Bancalis et Tricesimalis.

Nihil ad communem omnium populorum felicitatem magis opportunum videbatur, quam negotia vectigalium ac Tricesimarum non per distincta, sed per unum, omnibusque Austriae Regnis, et Provinciis commune, atque e viris in hac re longo annorum usu exercitatis compositum Collegium saltem eousque, donec universum ordinandorum vectigalium opus plene constabilitum fuerit, pertractari. Si ulla in re, in vectigalibus certe constituendis, aut augendis, minuendisve necessarium est, ut non unius Regni, aut Provinciae, sed totius, quinta est, Monarchiae ratio habeatur, maximaque, qua fieri potest, cum aequitate caveatur, ne una pars Monarchiae prae alia aggravetur, neu, dum uni Provinciae justo major indulgetur favor, altera deprimatur.

schen, als bei der Ungarisch-Siebenbürgischen Hofkanzley in Bausachen referire und andere in gedachten Wissenschaften geübte Männer der Buchhalterey zugegeben werden sollen, welche die Ueberschläge für königliche und öffentliche Gebäude zu untersuchen und zu beurtheilen, auch so oft es zuträglich ist, ihr Gutachten zu geben, und den Hofstellen vorzulegen haben.

§. 21.

Bankal- und Dreissigst-Gefällen Direkzion.

Es schien für das allgemeine Beste besonders zuträglich, die Zoll- und Mauthsachen nicht durch abgesönderte Stellen behandeln zu lassen, sondern einem gemeinschaftlichen, aus erfahrnen Männern zusammengesetzten Kollegium, in so lange wenigstens zu unterziehen, bis das ganze Geschäft in Ordnung sich befindet. Wenn es irgendwo nöthig ist, daß nicht auf ein einzelnes Reich, oder eine Provinz allein, sondern auf die ganze Monarchie Bedacht genommen werde, so ist es gewiß bei der Einrichtung, Erhöhung und Verminderung der Zölle und Mauthen, und nirgends ist eine genauere Billigkeit als hier erforderlich, damit nicht ein Theil der Monarchie mehr als ein anderer begünstiget oder gedrückt werde. Da es dem Kaiser, welcher allen ihm untergebenen Ländern mit gleicher Neigung zugethan ist, aus den zu Sr. Majestät Ohren gelangten Klagen nicht unbekannt war,

matur. Quod cum Imperator, qui universos suo imperio subditos populos pari amore, atque studio prosequitur, saepenumero factum fuisse, e plurimis, quae ad aures ejus perferebantur, comperisset querimoniis, pro omnibus suis tam Germanicis, quam Hungaricis Provinciis universale Vindobonae Collegium, seu *Directorium* constituit, cui nomen CAESAREAE, REGIAEQUE IN RE BANCALI, ET TRICESIMARUM DIRECTIONIS inditum est: et quod e peculiari Praeside, Aulici Consiliarii dignitate decorato, et Referentibus Directoribus, quibus is ipse, quo Consiliarii Provincialium Dicasteriorum gaudent, honoris titulus attributus est, consistit, subordinataque est Cancellariae Caesareo-Regiae Aulicae Bohemico-Austriacae in negotiis Provincias Germanicas concernentibus, Cancellariae vero Regiae Hungarico-Transilvanicae Aulicae in negotiis, quae Hungariam, aut Transilvaniam respiciunt.

war, daß dergleichen oft vorgegangen ist, so haben Allerhöchstdieselben für ihre sammentliche, sowohl Oesterreichischen als Ungarischen Erbstaaten, zu Wien eine eigene Stelle errichtet, welcher die Benennung einer K. K. Bankal- und Dreissigst-Gefällen-Direkzion beigeleget, und welche in Angelegenheiten der österreichischen Provinzen der Böhmisch-Oesterreichischen Hofstelle so wie in Angelegenheiten, welche Ungarn und Siebenbürgen betreffen, der Hofkanzellei dieser Länder untergeordnet ist. Sie erhielt einen eigenen Präses, mit dem Range eines K. K. Hofraths und die dabei referirenden Direktoren wurden zu Räthen der Landesstelle erhoben.

Ut autem generalis haec Directio munus sibi commissum eo rectius explere possit, constitutae sunt in Provinciis peculiares Rei Bancalis, et Tricesimarum ADMINISTRATIONES: quarum illae, quae rem Tricesimarum Hungaricam, atque Transilvanicam moderantur, Budae, et Cibinii sedem obtinuere, quae a moderatione Caesareo-Regiae Directionis dependent, et ab hac in quibusvis majoris momenti casibus evenientibus directionem accipiunt. Muneris earum est, adminicula, qui-

Damit diese Stelle das ihr anvertraute Geschäft desto sicherer vollziehen könne, sind in den Provinzen besondere Zoll- und Mauthadministrazionen errichtet worden, welche von der obgedachten Direkzion abhangen, und in allen wichtigeren Fällen von derselben die Anleitung erhalten. Diejenigen Administrazionen, welche diese Geschäfte für Ungarn und Siebenbürgen besorgen, haben ihre Sitze zu Ofen und Hermannstadt. Ihre Verrichtungen bestehen in der Untersuchung und Vorstellung solcher Maßregeln, wodurch der Handel von Un-

quibus commercium in Hungaria, et Transilvania majora incrementa capere, atque ita felicitas publica provehi posſit, omni ſtudio inveſtigare, et ſuggerere, removere obſtacula, rem denique Tricesimarum ita moderari, ut induſtria civium excitetur potius, quam ut, gravioribus ad domeſtica producta impositis oneribus, ſuffocetur.

garn und Siebenbürgen erweitert, und dadurch die allgemeine Wohlfahrt erhalten werden kann, in der Hinwegräumung aller Hinderniſſe und einer ſolchen Leitung des Mauthweſens, wodurch die Emſigkeit der Landeseinwohner vielmehr erweckt, als durch Beläſtung einheimiſcher Erzeugniſſe unterdrückt werde.

Certe, si quis vectigal anterius cum hodierno, quod ſub exordium praesentis anni die quippe 2 Jan. 1788 in lucem prodivit, atque a prima Februarii cursum obtinere coepit, comparaverit, facile inde intelliget, quantopere vectigalia diversarum mercium, quae ex Hungaria in Provincias Auſtriacas inferuntur, quaeve hinc in Hungariam ſubvehuntur, novi hujus Collegii cooperatione diminuta sint; ut adeo felix illud momentum haud longe abeſse ſperare liceat, quo, quemadmodum in Galliis vectigalia inter Alsatiam, Lotharingiam, et alias tardius obtentas, veteresque Galliae Provincias longo tempore ſubsiſtebant, haud ita pridem ſublata, abrogataque ſunt, ita, ſublato hac in parte quovis inter Hungaricas, et Auſtriacas Ditiones discrimine interegnanae Tricesimae tantum ad finitima Monarchiae loca reſtringantur, itaque liberum, nullisque vectigalibus, visitationibus, detentionibus obnoxium commercium gentem inter utramque, uni Principi parentem, efflorescat.

Gewiß, wenn man das vorige Zolltariff mit dem gegenwärtigen, das unter dem 2. Jän. 1788. erſchien, und mit dem 1. Februar in Wirkſamkeit geſetzt worden iſt, vergleicht, erſieht man ſogleich, wie ſehr der Zoll verſchiedener Waaren, die aus Ungarn in die öſterreichiſche Provinzen eingeführet, und aus letzteren nach Ungarn gebracht werden, durch Mitwirkung dieſer neuen Stellen vermindert worden iſt, ſo daß der glückliche Augenblick nicht mehr weit entfernet ſcheinet, wo, wie in Frankreich die zwiſchen den Gränzen von Elſaß und Lothringen, und andern ſpäter erworbenen und zwiſchen den ältern Provinzen beſtehenden Mauthen vor Kurzen aufgehoben worden ſind, ſo auch nach Aufhebung alles zwiſchen den öſterreichiſchen Provinzen und Ungarn dießfalls beſtehenden Unterſchiedes, die Zwiſchenmauthen ganz an die äuſſerſten Gränzen des Reichs verſetzt werden können, und der Handel beider dem nähmlichen Fürſten unterthänigen Länder, durch Entfernung aller Mauthen, Unterſuchungen, Anhaltungen ꝛc. frei und ungeſtöhrt zur höchſten Blüthe gedeihen wird.

§. 22.

§. 22.

§. 22.

Res Judiciariae a Cancellaria amoventur.

Quae negotia, quibusve de causis a Cancellaria Regia *ad tempus* amota sint, hactenus ostendimus. At, quia vel sic etiam ingens etiamnum laborum moles eidem incumbere videbatur, Imperator eum constituit rerum ordinem, quo Cancellariae Regiae non leve in futurum allatum est levamen.

Primum hic commemoranda est Regia illa ordinatio, qua juridica quaevis negotia ab ea demta sunt.
Rescript. 29 *Sept.* 1785.

Solebant nempe inde quasi ab origine Regni Hungariae per Cancellariam Regiam Aulicam, quam Leges Hungariae *majorem* pro discrimine *minoris* Cancellariae, quae in Hungaria penes Personalis Praesentiae Regiae in Judiciis Locumtenentem erat, vocavere, omnis generis Mandata juridica ad ordinarios Regni Judices, ad Tribunalia, Comitatus, Civitates Regias, et Montanas, uti et ad Episcopos, Capitula, Consistoria expediri. Quemadmodum autem Tabulae Septemvirali, utpote supremo Regni Hungariae, Partiumque ei adnexarum Justitiae Tribunali, supremam judicandi potestatem Leges tribuerunt, quam Imperator non modo non minuit, sed il-

§. 22.

Rechtssachen werden von der Kanzellei getrennet.

Bisher ist angezeigt worden, welche Geschäfte von der Kanzellei auf einige Zeit, in gewissem Betrachte getrennet worden sind, und aus welchen Gründen es geschehen ist. Weil aber auch mit dem allen der Kanzellei noch immer eine ungeheure Last oblag, so hat der Kaiser, nach reifer Ueberlegung, solche neue Anordnungen getroffen, wodurch diese Hofstelle eine nicht unbedeutende Erleichterung erhält.

Unter diesen Anordnungen muß zuerst der Verfügung erwähnt werden, wodurch die Kanzelley aller Rechtsgeschäfte überhoben wurde.

Seit den ältesten Zeiten pflegte die Hofkanzellei alle Arten von rechtlichen Befehlen an die ordentlichen Reichsrichter, an die Gerichtsstellen, an die Gespanschaftgerichte, an die Frei- und Berg-Städte, so wie an die Bischöfe, Kapiteln und Consistorien abzufertigen. Da schon die Landesgesetze der Septemviraltafel, als dem höchsten Gerichte von Ungarn, die oberste Gerichtsbarkeit verliehen haben, so hat der Kaiser das Ansehen und die Gewalt derselben dadurch noch mehr erweitert und verherrlichet, daß er ihr das bisher der Hofkanzellei anklebende Geschäft übertrug alle Arten von Befehlen in Rechtssachen an die Obern und untergeordneten Gerichte zu senden. Auf diese Weise hat die Kanzellei als eine von blos politische und Kammeral-Stelle,

illuſtri huic Senatui, dignitatem Aulici Tribunalis concedendo, auctoritatemque ampliando, auxit etiam, atque illuſtriorem reddidit: ita etiam jus Mandata quaevis juridica ad inferiora Tribunalia dandi, atque expediendi, quo Cancellaria hactenus praedita fuit, eidem conceſsit. Hac proinde ratione Cancellaria, jam tantummodo Politicum et Camerale Dicaſterium, ceſsavit eſse Locus, ut Leges Hungariae vocant, Credibilis, coram quo nempe diversi antehac juridici actus, uti ſunt, perennales Venditiones, Contractus, Teſtamenta, Proteſtationes, Plenipotentiariorum, et Advocatorum Conſtitutiones, et similia, fieri ſolebant. Ceſsavit etiam eſse Publicum Archivum, in quod Regni incolae privata interdum documenta ſua cuſtodiae causa reponebant.

gänzlich aufgehöret, ein in den Geſetzen ſogenannter glaubwürdiger Ort zu ſeyn, an welchen vorher Rechtshandlungen als z. B. Verkaufs- und andere Verträge, letztwillige Anordnungen, Rechtsverwahrungen, Vollmachten, die Einſetzung der Rechtsfreunde u. d. gl. zu geſchehen pflegten. Eben ſo hörte ſie auf ein Landarchiv zu ſeyn, wo die Landeseinwohner ihre Privatacten zur Sicherheit niederlegen konnten.

Quod autem ad Magnum Principatum Transilvaniae attinet, Auguſtiſsimus Imperator jus idem, quod Tabulae Septemvirali conceſsum eſse diximus, transtulit in Gubernium Regium Transilvanicum, tanquam, ſpectatis nempe rebus juridicis, ſupremum in Transilvania Juſtitiae Tribunal Aulicum.

Was das Großfürſtenthum Siebenbürgen betrifft, ſo hat der Kaiſer das nähmliche Recht, welches in Ungarn der Septemviraltafel zugegeben worden iſt, dort dem königl. Gubernium übertragen, weil dieſes in dem Großfürſtenthume die oberſte Gerichtsſtelle iſt.

§. 23.

Urbarialia, aliaque nonnulla negotia aeque amoventur.

Pari ratione negotia illa, quae inter Colonos, et Dynaſtas, ratione ſub-

§. 23.

Auch einige Urbarialgeſchäfte werden von der Kanzellei abgeſondert.

Eben ſo ſind auch diejenigen Geſchäfte, welche die Verhältniße zwiſchen den Gü-

subditelae, et quarumvis *Praestationum Colonicalium* versantur, et quae vulgari nomine *Urbarialia* nominare solemus, a Cancellaria amota, pleno jure ad Consilium Regium translata sunt, ita, ut sententiis, quae illic secundum normalia Constituta pronunciatae fuerint, tam Dynastae, quam etiam Subditi acquiescere debeant. Si tamen casus eveniret, qui per anteriora normalia Constituta definitus non fuisset, Consilio Regio incumbit, decisionis suae approbationem a Cancellaria exspectare. Ita etiam Subditis recursus tum solum ad Aulam Regiam admissus est, cum a normalibus Resolutionibus recessum esse, et in proponendae querimoniae, agendaeque causae ratione praescriptum ordinem a se observatum esse, iis ostendere licuerit, quod alias uberius exponetur.

Rescript. 4 Maji 1781. 30 Nov. a. ejusd.

Güterbesitzern und ihren Unterthanen, in Ansehung aller Arten von Entrichtungen, die in Ungarn Urbarialia genannt wurden, betreffen, von der Kanzellei auf die Statthalterei so übertragen worden, daß Grundherrn eben so gut, als Unterthanen allen dort, nach Maßgebung der bestehenden Verordnungen, erfolgten Entscheidungen sich fügen müßen. Wenn jedoch ein Fall eintreffen sollte, der durch die vorhandenen Verordnungen nicht bestimmt worden wäre, so ist die Statthalterei angewiesen, ihre Entscheidungen der Bestätigung des höchsten Hofes zu unterziehen. Eben so ist den Grundherrn und Unterthanen nur dann ein Rekurs nach Hofe erlaubt, wenn man von den Verordnungen bei der Entscheidung abgewichen wäre und der Kläger, bei Anbringung seiner Sache darthun kann, daß er die vorgeschriebene Ordnung befolgt habe.

Nec minus diversa alia, quae in Cancellaria Regia, praeteritis saepe inferioribus subselliis, proponi solebant, uti sunt negotia *Contuberniorum* et *Opificum*, inter se dissidentium, aut contra Magistratus conquerentium, eorum item, quibus jus *Concivilitatis* in Civitatum aliqua negatum est, plena cum potestate ad Consilium Regium delata sunt.

Loc. citat.

Auser oberwähnten Geschäften hat auch der Kaiser noch einige andere, welche oft mit Uebergehung der untern Behörden, bei der Kanzellei angebracht wurden, von derselben gänzlich abgewiesen. Dahin gehören die Angelegenheiten in Zunft und Handwerkssachen, die Beschwerden der uneinigen Bürgerschaft gegen einander, oder gegen die Magistrate, endlich die Klagen derjenigen, welchen das Bürgerrecht versagt worden ist. Alle diese Geschäfte sind gänzlich der Landesstelle zugewiesen.

Universim autem duobus illis Statutis, ne quis praepostero ordine, id est, inferioribus Dicasteriis praeter-

Durch alle diese Verfügungen sowohl, als durch die Verordnung, daß die Gespanschaften, die Frei- und Bergstädte, und über-

termisis, ad Aulicum hoc Dicasterium recursum faciat, neu Comitatibus, Regiisque, et Montanis Civitatibus integrum sit, in negotiis quibuscunque ad Cancellariam immediate Repraesentationes facere (quibus de rebus uberior erit alio loco diserendi occasio) non levem curarum, quibus hactenus Cancellaria destinebatur, partem ademtam esse, manifestum est.

überhaupt niemand, in keinem Geschäfte, mit Uebergehung der untern Behörden, unmittelbar an die Hofkanzellei sich wenden soll (wovon unten das weitere folgt) hat diese hohe Stelle eine nicht unbeträchtliche Erleichterung von ihren bisherigen übermäßigen Lasten erhalten.

Caput III.

De Consilio Regio Locumtenentiali.

Postquam de Cancellaria Regia, velut supremo Dicasterio Aulico, quae scitu necessaria videbantur, proposuimus, rectus ordo deposcit, ut de Provincialibus Dicasteriis, et Magistratibus Politicis aeque ac Cameralibus ea quae scire cujusvis interest, in medium adferamus. Initium ergo facimus a Consilio Locumtenentiali Regio, quod deinceps brevitatis causa tantum Consilium Regium compellabimus.

§. 24.

Consilii Regii initia et progressus.

Jam inde ab exordio Regni Hungariae Palatinus, quae post Regem pri-

Drittes Hauptstück.

Von der königlichen Statthalterei.

Nachdem von der Hofkanzellei als der obersten Hofstelle alles, was davon zur allgemeinen Wissenschaft nöthig zu seyn scheinet, angeführet worden ist, so leitet uns nun die Ordnung zu den im Lande befindlichen Stellen und Magistraten in politischen und Kameralangelegenheiten, wovon wir ebenfalls das Nothwendigste darstellen wollen. Der Anfang geschieht also mit der königlichen Statthalterei, die man der Kürze halber immer die Landesstelle nennen wird.

§. 24.

Entstehung und Erweiterung der Landesstelle.

Seit den ältesten Zeiten des Königreichs hatte der Palatinus, dessen Würde nach

prima semper dignitas fuit, praeter amplissima alia munia illud praecipuum habuit, ut politica Regni negotia toto in Regno vicaria potestate moderaretur. Unde etiam *Locumtenens Regius* appellabatur.

Art. 10. 1485.

Sed, quemadmodum prisca illa aetate bellicosa gens Hungara, plus belli, quam pacis studiis vacabat, indeque continua quasi annorum serie aut vicinis arma inferebat gentibus, aut vicissim armis illarum petebatur, ita Palatini, qui supremi una omnium Regni copiarum Ductores (Capitanei) fuere, in militari potius arena decertare, quam publica Regni negotia tractare cogebantur. At venit subinde tempus, quo Hungari tot bellis defatigati, ad pacem respicere, et uberrimos fructus, quos illa adferre solet, anhelare coeperunt. Desiderium hoc vicinarum etiam gentium exempla mirum in modum acuebant, quae nempe pacis studiis intentae, aucta re agraria, commercio stabilito, industria omni ex parte excitata magis, magisque indies efflorescere incipiebant. Inde adeo factum est, ut Status, et Ordines, omnesque boni Cives summopere desideraverint, ut Palatino Regnum amplissima potestate gubernanti plures adderentur Operarii, quorum consiliis, et assidua opera Hungariae etiam a bellis respirare incipienti, icta cum vicinis pace, re politica omni cum fervore ad-

nach der königlichen immer den ersten Rang hatte, nebst andern wichtigen Aemtern, die vorzügliche Obliegenheit, die politischen Geschäfte des ganzen Reichs an Königs Statt zu verwalten. Daher wurde er auch der königliche Statthalter genannt.

Weil aber in den vorigen Zeiten die tapfere ungarische Nazion mehr dem Kriege als dem Frieden ergeben war, und daher fast beständig entweder die benachbarten Völker bekriegte, oder von ihnen angegriffen wurde, so war der Palatinus, der zugleich die Würde eines obersten Befehlshabers der Truppen (Reichskapitäns) bekleidete, immer genöthiget, mehr Zeit auf dem Schlachtfelde zuzubringen, als er auf die innern Staatsgeschäfte verwenden konnte. Endlich trat aber die Zeit ein, da die Ungarn, des steten Krieges müde, auf den Frieden sannen, und nach dessen segensvollen Früchten sich sehnten. Dieses Verlangen wurde nur noch mehr durch das Beispiel der benachbarten Länder angefacht, welche im frohen Genusse des Friedens, durch Verbesserung des Feldbaues, die Erweiterung des Handels, und durch eine in allen Zweigen aufblühende Emsigkeit zu dem glänzensten Wohlstand sich erhoben. Daher geschah es, daß die ungarischen Stände, und alle gutgesinnten Bürger den Wunsch äusserten, dem Palatin, als obersten Verwalter des Reichs, möchten mehrere Gehülfen zugegeben werden, durch deren Mitwirkung auch in Ungarn, da es nun von Kriegen auszuruhen anfieng, und mit den benachbarten Völkern Friede und Freundschaft geschlossen

administrata, auctaque Civium industria, vera felicitas concilietur.

sen hatte, die lange vermißte Ruhe, und mit ihr der Wohlstand herbeigeführt und begründet würde.

Atque ideo, posteaquam Carolus VI. Imperator, et Rex his ipsis votis aestuans, cognito totius Gentis desiderio, in animum induxisset, generale in Hungaria Dicasterium sub nomine Consilii Regii Locumtenentialis, cujus directione res deinceps politica gubernaretur, Palatino adjungere, idque propositum suum Statibus, Posonii in Comitiis anni 1723 congregatis, proposuisset, illi Regiae huic voluntati non libenter modo, sed communi adeo cum applausu et gratulatione acquieverunt. Ita proinde dirigens hoc Dicasterium eodem anno conditum, insequente vero plene constabilitum est, prout ex articulis in Comitiis illis editis, atque ex Instructione, quam Carolus VI. triginta capitibus complexam novello suo Dicasterio praescripsit, patet.

Um diesem einstimmigen Wunsche der Nazion zu entsprechen, hat Karl der VI. beschlossen, eine allgemeine ungarische Landesstelle, unter deren Leitung die politischen Angelegenheiten des Reichs stehen sollen, dem Palatin zuzugeben, und als der Monarch den auf dem Landtage zu Presburg im J. 1723 versammelten Ständen davon die Eröfnung machte, haben sie den königlichen Entschluß nicht nur willig, sondern mit lautem und einstimmigen Beifalle aufgenommen. Diesemnach erfolgte noch in dem nähmlichen Jahre die Errichtung, im folgenden die gänzliche Festsetzung dieser Regierungsstelle. Welche Gestalt sie erhielt, erhellet aus den Landtagsartikeln, und dem Amtsunterrichte, welchen Karl VI. in 30 Hauptstücke der neuen Landesstelle ertheilet hat.

Forma ei data est sequens: „ Praes „ ses Consilii Locumtenentialis sit „ Palatinus cum 22 Consiliariis, „ quos de Ordine Praelatorum, Ma„ gnatum, Nobilium ex omnibus „ Regni Partibus Rex deliget: a „ nullo Dicasterio Aulico, sed directe „ a Rege dependeat: contra positivas „ Patriae Leges nihil determinet: „ diaetales conclusiones per eos, qui„ bus incumbet, effectui mancipari cu„ ret: quae occurrunt, Principi repraesentet, qui Resolutionem suam per Re-

Das Wesentliche davon lautet also: „ Der Präsident der Landesstelle soll „ der Palatinus seyn, dem 22 Räthe „ zugegeben werden, die der König aus „ dem Stande der Prälaten, Magnaten, „ und Adelichen in allen Theilen des Reichs, „ auswählet. Sie soll von keiner andern „ Hofstelle, sondern unmittelbar von dem „ Könige abhängen; sie soll gegen die aus„ drücklichen Gesetze des Vaterlandes nichts „ vornehmen, die auf dem Landtage gefaß„ ten Entschliessungen soll sie genau befol„ gen lassen; Sie hat den Landesfürsten

„ bei

„ Rescriptum, aut Decretum Regium „ intimabit (*Art.* 97. 101. 102. *anni* „ 1723.): ad interim Posonii consi- „ deat: Statum Politico - Oeconomi- „ co - Militarem, ejusdemque negotia „ dirigat: eorum, quae sive promo- „ tionem Servitii Regii, commune to- „ tius Regni Bonum, Commodum, et „ Incrementum, vel etiam Privato- „ rum, quorumvis Regnicolarum, con- „ tribuentiumque Incolarum Conser- „ vationem respiciunt, sedulam curam „ habeat. „ (*Institutio Carolina de* 20 *Jan.* 1724.)

„ bei vorkommenden Fällen Vorstellungen „ zu machen; der König aber wird ihr sei- „ nen Willen durch Rescripte oder Dekre- „ te bekannt machen; (Art. 97. 101. 102. „ vom J. 1723.) Sie soll indessen zu Pres- „ burg ihren Sitz haben, soll auch die po- „ litischen, ökonomischen und Militargeschäfte „ leiten, vorzüglich aber alle Sorgfalt auf „ diejenigen Gegenstände verwenden, wel- „ che zur Beförderung des öffentlichen Dien- „ stes, und allgemeinen Wohls, wie auch „ auf die Erhaltung der Landeseinwohner „ und Unterthanen abzwecken. "

Ipsa hac institutione jam illustri Dicasterio Carolus VI. per id quoque maximum addidit splendorem, quod Ducem Lotharingiae FRANCISCUM, quem magnae Filiae suae, totque Regnorum Heredi, Mariae Theresiae Sponsum delegerat, Locumtenentem creavit, et Regio Consilio praeesse voluerit; quam dignitatem is octo annorum spatio summa aequitate, nec minore erga Gentem Hungaram benevolentia sustinens communem omnium sibi comparavit existimationem, et amorem, id quod ipsi Status et Ordines Regni in Comitiis anno 1741 celebratis palam testati sunt.

Art. 4. *anni* 1741.

Auch schon bei der Errichtung dieser Landesstelle hat ihr Karl VI. dadurch ein vorzügliches Ansehen verliehen, daß er den Herzog Franz von Lothringen, welchen er zum Gemahl seiner grossen Tochter und Erbinn so vieler Reiche bestimmt hatte, zum königlichen Statthalter und Vorsitzer ernannte. Der Herzog begleitete diese Würde durch acht Jahre mit der größten Billigkeit und mit besonderer Neigung für die ungarische Nazion, erwarb auch dadurch des Landes allgemeine Hochachtung und Liebe, wovon ihm die Stände auf dem Landtage des Jahrs 1741. das geltendste Zeugniß gaben.

§. 25.

Status Consilii regnante Maria Theresia.

Magno Genitori suo, ut Regnorum, ita virtutum etiam Heres, succesit Maria Theresia. Consilium, quod providentia illius pro utilitate Regni conditum est, non modo in *activitate* pristina conservavit *(Art. 3. anni 1765.)*, sed novis etiam favoribus, et benefactis cumulavit. Id satis loquuntur magnificae aedes Posonii structae, et ejus usibus destinatae: auctus in subalternis subselliis Officialium numerus: summa, quam omni tempore in eo repositam habuit, confidentia: et quod maximi beneficii loco habitum est, ALBERTI, Ducis Saxoniae, cui Regiam Principem CHRISTINAM, incomparabilem Filiam suam matrimonio junxerat, ad Locumtenentis, una et Praesidis in illustri hoc Dicasterio dignitatem evectio.

Sicut autem vivente gloriosa hac Principe Regnum majorem in modum ampliatum, multaque nova in eo Instituta facta sunt, quorum jam supra §. 10 meminimus: ita Consilium majore indies negotiorum undique affluentium et varietate, et multitudine obrutum, variis adminiculis, quibus negotia ad compendium aliquod reducerentur, sublevari debuit.

§. 25.

Zustand der Landesstelle unter der Kaiserinn Königinn Maria Theresia.

Die seel. Kaiserinn Königinn folgte ihrem grossen Vater in seinen Tugenden sowohl, als in seinen Reichen. Die durch dessen Vorsicht zum Nutzen des Königreichs errichtete Landesstelle ist durch diese Fürstinn nicht nur in der vorigen Wirksamkeit erhalten, sondern auch mit neuen Vorzügen begabet worden. Hievon zeugen die für die Landesstelle zu Presburg angeführten herrlichen Gebäude, die Vermehrung der untergeordneten Beamten, das dieser Stelle immerfort bewiesene Zutrauen, endlich, was für die gröste Wohlthat angesehen wurde, die Ernennung des Herzogs Albert von Sachsen-Teschen, Gemahls der Erzherzoginn Christina, zum Statthalter und Vorsitzer dieser hohen Landesstelle.

Als aber unter der Regierung dieser preiswürdigen Landesfürstinn die Gerichtsbarkeit des Königreichs um vieles erweitert wurde, und mannigfaltige neue Einrichtungen statt fanden, wie schon oben §. 10. gemeldet wurde, so sind auch die Geschäfte der Landesstelle alltäglich so sehr angewachsen, daß man auf Mittel bedacht seyn mußte, ihr einige Erleichterung zu verschaffen.

§. 26.

Status Consilii regnante Josepho II, ac inprimis ejus Budam translatio.

Josepho II. Imperatore ac Rege Hungariae, Regni gubernacula capiente, quemadmodum singulari ejus providentia Regnum universum aliam magna in parte administrationis normam accepit, ita Consilium quoque Regium in solita negotiorum norma haud parum mutationis subivisse ex iis, quae mox dicturi sumus, ubertim patescet.

Ac primo quidem loco memoranda venit Consilii Regii ex Civitate Posoniensi, ubi inde a tempore, quo conditum fuit, substiterat, ad Budensem translatio.

Rescripti Regii de ea ad Consilium 28 *Novembris* 1783 dati haec est sententia:

„ Cum ad rite administrandae
„ Reipublicae rationem id inprimis
„ pertineat, ut Dicasteria partim Le-
„ gum executionem sibi concreditam
„ habentia, partim ad opportunitates
„ Regni Incolarum, Aerariique nostri
„ constituta versus centrum Regni
„ contrahantur, ad quod e cunctis
„ Regni, Partiumque ei adnexarum
„ Circulis aequalis sit gerendorum
„ negotiorum causa accessus, pari

„ item

§. 26.

Die Landesstelle erhält unter Kaiser König Joseph II. eine andere Gestalt, und wird nach Ofen versetzt.

Als Joseph II. die Regierung antrat, hat seine für das Wohl seiner Unterthanen immer thätige Vorsicht der Staatsverwaltung des Königreichs grossentheils eine neue Richtung gegeben. Eben daher hat auch die gewöhnliche Behandlungsart der Geschäfte bei der königlichen Staathalterei eine nicht unwichtige Veränderung erhalten, wie aus demjenigen erhellen wird, was nunmehr folget:

Zuerst ist hier der Versetzung der Landesstelle aus der Stadt Presburg, wo sie seit ihrer Errichtung sich befand, nach Ofen der Hauptstadt des Reiches, zu erwähnen.

Das königliche Rescript, welches deswegen unter dem 28. Nov. des Jahrs 1783. ergangen ist, lautet also:

„ Da zu einer gehörigen Verwaltung
„ des Staates vor allen erforderlich ist,
„ daß die Stellen, welche theils zur Aus-
„ übung der Gesetze, theils zum Besten
„ der Unterthanen und des öffentlichen
„ Schatzes bestimmt sind, im Mittelpunk-
„ te zusammengezogen werden, wohin man
„ von allen Theilen des Reichs, und der
„ dazu gehörigen Kreise, in gleicher Ent-
„ fernung, zur Betreibung der Ge-
„ schäfte gelanget, und von wo aus unsere

„ item celeritate suprema Jussa nostra „ in omnes Regni partes perferantur; „ decrevimus Regium hoc Locumtenentiale Consilium nostrum, Cameram item Hungarico-Aulicam, nec „ non Curiam nostram Regiam primo, „ quo fieri poterit, tempore in Liberam, Regiamque Civitatem nostram „ Budensem, velut ipsa sua vetustate, „ Arceque Regia claram, ac versus „ Regni centrum commodissime sitam „ transferre, hocque pacto vota Regni „ Incolarum identidem facta adimplere. „

„ Befehle mit gleicher Geschwindigkeit in „ allen Theilen des Reichs verbreitet werden können, so haben Wir beschlossen, „ Unsere Statthalterei, imgleichen die „ Ungarische Hofkammer, und Unsere oberste Gerichtsstellen sobald als möglich in „ unsere königliche Freistadt Ofen, welche „ wegen ihres Alters, und durch das königliche Schloß berühmt, und am bequemsten in Mitte des Reichs liegt, zu „ versetzen, und hiedurch die oft wiederholten Wünsche der Nazion zu erfüllen.

Ob arctam, et prope quotidianam negotiorum communionem eodem, quo Consilium, et Camera anno 1784 etiam suprema Armorum Praefectura Posonio Budam translata est.

Wegen des engen Zusammenhangs der Geschäfte zwischen der Landesstelle, und der ungarischen Hofkammer, und zwischen dem Generalkommando, wurde letzteres in dem nähmlichen Jahre 1784, als die Landesstelle, und die Hofkammer nach Ofen zog, gleichfalls dahin versetzt.

Pro omnibus his Dicasteriis exiguum intra tempus nobilissimae aedes Regia munificentia partim e fundamentis excitatae, partim adaptatae sunt, Budaque sedes olim Regum Hungariae, quae tot jam seculis intra ruinas quasi sepulta gemebat, ad pristinum se revocatam esse splendorem, Reparatori, imo alteri Conditori suo Josepho II. in acceptis refert.

Für alle diese Stellen sieht man nun zu Ofen die herrlichsten Gebäude, welche mit königlichem Aufwande in kurzer Zeit theils zugerichtet, theils neu erbauet worden sind: Und so verdankt die Stadt Ofen, ehemahls der Sitz der Könige von Ungarn, da sie durch so viele Jahrhunderte gleichsam unter ihrem Schutte begraben lag, Joseph dem II. ihren vorigen Glanz, und verehrt in diesem Landesfürsten ihren Wiederhersteller, und zweiten Erbauer.

§. 27.

Camera Regia Hungarica Consilio jungitur.

Prout Vindobonae Cameram Aulicam cum Cancellaria Regia Aulica conjunctam esse supra §. 12 diximus: ita iisdem de causis, quas ibidem prolixius memoravimus, juncta est pariter Camera Regia Aulica Hungarica cum Consilio Locumtenentiali Regio, (*Rescript. 25 Martii* 1785.) et inferiores utriusque Dicasterii Praefecturae uti Regestraturae, Cassae, quae in singulis administrabantur, et Officinae Rationariae coadunatae. Solum Archivum Camerale, in quo vetustissima monimenta, Fisci Regii Jura tangentia, reposita sunt, separatum mansit, a Dicasterio tamen, jam conjuncto, dependens.

§. 27.

Die Hofkammer wird mit der Landesstelle vereinigt.

Wie vermöge demjenigen, was oben (§. 12.) berichtet wurde, die K. K. Hofkammer mit der ungarischen Hofkanzellei zu Wien verbunden worden ist, so ist auch aus den dort weitläufiger angeführten Gründen, durch ein Rescript vom 26 März des Jahrs 1785, die ungarische Hofkammer mit der ungarischen Landesstelle vereiniget worden. Hiemit wurden auch die jeder Stelle untergetheilten Aemter, Registraturen und Kassen, welche in jeder besonders verwaltet wurden, so wie auch die Buchhaltereien zusammengezogen. Nur allein das Kammeralarchiv, wo die ältesten Urkunden in Beziehung auf die Rechte der Krone verwahrt sind, blieb abgesöndert, obschon es ebenfalls der vereinigten Stelle untergeordnet ist.

§. 28.

Jurisdictio Consilii ampliatur.

Universis itaque negotiis, quae in Camera Hungarica pertractabantur antea, ad Consilium translatis, facile quisque intelligit, labores Dicasterii hujus dimidio fere auctos esse.

Consuetum hactenus in Comitatibus fuit, ut iidem Magistratus, qui rem politicam, militarem, contributionis &c. administrandam habebant, praeterea juridica quoque negotia tractarent. Coram ambobus certe Procomitibus, praesertim in Comitatibus, quos major Nobilium numerus incolebat, maxima causarum multitudo decurrebat, sed et singuli Judices Nobilium in diverso causarum genere Judicis officio pariter fungi cogebantur. Ipsi etiam Projudices Nobilium, motis minoris momenti litibus, ab hac provincia liberi non fuerunt. Quidquod in Dynastiis saepe vastis, Bonisque Nobilium nulla Sedes dominalis celebrari potuerit, quin unus e Judicibus Nobilium, aut Projudicibus, tanquam *Testimonium*, praesens adesset. Nec hoc satis. Omnes causae, quas sive inferiores hi Judices, *Pedanei* dicti, sive Domini terrestres in Sedibus dominalibus, sive privilegiatae quaepiam Communitates, ut primi ordinis fora diremerunt, ad Sedes judiciarias Comitatuum appellari, ibique revideri debuerunt. Quaevis praeterea causae criminales, quae in multis Comitatibus nulla non die occurrebant, ab iisdem Magistratibus, vel qua Judice primi Fori, vel qua Foro revisorio discutiendae, ac definiendae fuere.

§. 45.

Die Rechtssachen werden von den politischen Geschäften getrennt.

Es war bisher in den Gespanschaften üblich, daß die nähmlichen Magistratspersonen, welche die politischen Geschäfte, die Militarsachen und das Steuerwesen zu verwalten hatten, auch noch mit Rechtshändeln sich bemengen mußten. Von beiden Vicegespanen wurde, besonders in den Gespanschaften, wo sich ein zahlreicher Adel befindet, eine ungeheure Menge von Prozessen geschlichtet. Ausser dem noch war jeder Stuhlrichter in verschiedenen andern gerichtlichen Anlässen gehalten, das richterliche Amt zu verwalten. Selbst die Vice-Stuhlrichter waren in weniger bedeutenden Prozessen von dieser Sorge nicht frei. Es konnte auch in den oft sehr weitläufigen Herrschaften und Gütern kein sogenannter Herrenstuhl gehalten werden, ohne daß ein Stuhlrichter oder Vicestuhlrichter gleichsam als Zeuge beiwohnte. Nicht genug! alle Rechtshändel, so die ebenbenannten Richter, oder die Gutbesitzer bei ihren Herrnstühlen, oder endlich die privilegirten Gemeinden, als erste Gerichtsstände geschlichtet hatten, musten bei den Gerichtsitzungen der Gespanschaften revidirt werden. Eben so lag diesen Gespanschaftsbeamten ob, alle Kriminalprozesse, dergleichen in vielen Gespanschaften fast täglich vorkamen, bei den Gerichtssitzungen, entweder als Behörden erster Instanz, oder als Revisionsgerichte vorzunehmen und zu entscheiden.

Sola haec rerum judicialium multitudo, ac innumeri praeterea actus judiciarii, uti sunt admonitiones, inhibitiones, oculatae revisiones, aestimationes, exequutiones &c. integro Magistratui occupando sufficiebant, et tamen haec minimam laborum partem, quae vel singulis Magistratualibus, vel toti eorum corpori incumbebant, efficiunt, si cum innumeris aliis conferantur, quae in re politica, contributionis, militari, urbariali, religionaria, et similibus nulla non die in eos derivabantur. Mirum itaque nemini videri debet, lites in plures etiam annos non raro protractas fuisse.

Eine solche Menge von Prozeßsachen und andern hieher gehörigen richterlichen Handlungen, als da sind: Warnungen, Verbote, Augenscheinnehmungen, Schätzungen, Vollstreckungen der Gerichtssprüche ꝛc. wären allein zureichend gewesen die ganze Gespanschaftsbehörde zu beschäftigen, und doch machten sie von den Geschäften, die den einzelnen Beamten, oder allen insgesammt oblagen, den geringsten Theil aus, wenn man dieselben mit den unzahlbaren andern Obliegenheiten vergleicht, die alltäglich die politischen Geschäfte, das Steuerwesen, Militare und Urbarialsachen, Kirchenangelegenheiten ꝛc. darbothen. Daher ist es kein Wunder, daß gar oft die Beendigung von Prozessen, auch durch mehrere Jahre verzögert wurde.

Atque haec fuit causa, cur Imperator separatis politicis negotiis a judicialibus alios Magistratus his, alios illis praefecerit.

Rescript. 13 *Junii* 1786. *item* 21 *Dec. ejusdem anni.*

Diese Ursachen haben zusammengewirkt den Kaiser zu bewegen, nach gänzlicher Trennung der politischen Geschäfte von den Rechtssachen, eigene Magistrate diesen, andere jenen, vorzusetzen.

§. 46.

Res Militaris, et Contributionis aliam normam accipit.

Militia, cujus sustentationem Regnum in se olim assumserat, nec in eodem semper Comitatu mansit, nec in certis, fixisque Comitatuum locis stativa tenuit. Continuis ea res obnoxia fuit mutationibus, jam legionibus de uno ad alium Comitatum proficiscen-

§. 46.

Das Militar- und das Steuerwesen erhält eine andere Richtung.

Die Truppen, deren Unterhalt das Land übernommen hat, blieben weder immer in den nähmlichen Gespanschaften, nach nahmen sie allzeit an gleichen Orten der Gespanschaft ihre Quatiere, und Wohnplätze, ein. Beständig gingen diesfalls Veränderungen vor. Bald zog ein Regiment in eine ande-

re

scentibus, aliisque in earum locum succedentibus, jam militum etiam numero in uno Comitatus loco aucto, in alio diminuto.

Gravi huic incommoditati, ac molestiae magna ex parte opportuno subvenietur remedio, si, prout Imperator propositum habet, quaelibet legio fixos nacta fuerit Comitatus, sed ipsae etiam cohortes, et turmae ad aliquot solum in quolibet Comitatu loca stabili ratione tenenda restrictae fuerint, quemadmodum jam in pluribus Comitatibus factum est. Qua una sapientissima dispositione magnam curarum partem, quae in singulos pene Magistratuales, et in totum Comitatus Magistratum redundabat, sublatum iri dubium non est.

Majus laborum compendium illud Constitutum Regium attulit, quo Imperator sancivit, ut res annonaria, adeoque tota provisio militiae non jam amplius penes Comitatus sit, sed cuique legioni cura, sibi victum, et pabulum equis providendi deinceps relinquatur. Hactenus enim, id est ab anno 1715 plebs rustica in partem contributionis parato aere dependendae, militi *portiones orales*, et *equiles*, sive ad sustentationem et ipsorum militum, et equorum necessaria, et quidem non pretio currente, sed eo, quod *in Regulamento militari*, *anno* 1747. 28 *Dec.* edito, defixum erat, adeoque plerumque minori, dependere, atque ad locum, ubi miles stativa tenuit, suis jumen-

re Gespanschaft, und neue Truppen nahmen die vorige Stelle ein, bald wurden die Saldaten selbst an einem Orte der Gespanschaft verstärkt und verdünnet.

Den hieraus für die Gespanschaften erwachsenen Beschwerden wird größtentheils auf eine schickliche Art abgeholfen werden, wenn nach Sr. Maj. Absicht nicht nur jedem Regimente bestimmte Gespanschaften (Cantons) angewiesen werden, sondern selbst auch die Schwadronen und Bataillone nur auf gewisse Wohnplätze für allezeit beschränkt werden, wie es bereits in mehreren Gespanschaften geschehen ist. Durch diese weise Verfügung ist kein Zweifel, daß ein grosser Theil der Sorgen erspart würde, welche die einzelnen Beamten und die gesammte Gespanschaft vielfältig beschäftigen.

Eine noch wichtigere Verminderung der Geschäfte bewirkte die königl. Anordnung, wodurch der Kaiser festsetzte, daß die Militar-Verproviantirung nicht mehr der Gespanschaft obliegen, sondern jedes Regiment selbst, Mannschaft und Pferde mit Lebensmitteln und Fütterung versehen soll. Seit dem J. 1715 war der Ungarische Landmann verbunden, auf Abrechnung von der Steuer, die den in Ungarn vertheilten Truppen, zum Unterhalt und zur Fütterung der Pferde, erfoderlichen Bedürfnisse, oder die sogenannten Mund- und Pferd-Porzionen zu liefern; sie wurden aber nicht nach dem Marktpreise, sondern nach der Taxe, die durch das sogenannte Militarregulament vom 28. December 1747 festgesetzt worden ist, und selten dem Marktpreise gleich kam,

an-

mentis, propriisque expensis devehere tenebatur. Hinc vero plurimae quotidie querelae ad Officiales Comitatuum deferebantur, jam milite contra mensuram, et qualitatem annonae querulante, jam colono se nimium praegravari perhibente, aut partem annonae sibi admensae in tempore praestare non valente. Hoc itaque novo instituto Magistratuales curis, plebs autem misera innumeris molestiis, damnisque feliciter liberatur.

angenommen. Diese Lieferungen muste der Landmann auch selbst mit eigenem Zug-Vieh und auf eigene Kosten, an die Militarquartiere bringen. Hieraus flossen wieder alltäglich neue Klagen zu den Gespanschaftsbeamten, da bald der Saldat über Gewicht und Eigenschaft des Proviants, bald der Landmann über die ihm zu beschwerlich fallende Last sich beklagte, bald aber unvermögend war, seinen schuldigen Antheil zur gehörigen Zeit zu liefern. Aber durch die nunmehr getroffene Verfügung sind die Magistratspersonen von allen diesen Sorgen und das Landvolk von Beschwerden und Nachtheil befreiet.

Haud minores etiam curas, et molestias Officialibus Comitatuum facessebat *res Contributionis*. Postquam enim ea depensa, atque generali *Cassae* Comitatus, quam *generalis Perceptor* administrabat, illata est, Magistratuum erat, rationes tam illius, quam *particularium* etiam *Perceptorum* quotannis revidere, cum libellis contributionalibus, quorum unum quisque Paterfamilias habuit, conferre, quantum quilibet *in naturalibus* dependerit, inde eruere, atque ita tandem omnibus rite discussis, Perceptores vel absolvere, vel condemnare. At nunc Aug. Imperator, Regio suo Rescripto *de 27 Sept.* 1785. constituit, ut in quolibet Districtus loco, ubi Regii Commissarii sedes fixa est, Districtualis, in singulis vero Comitatibus Filialis constitueretur Cassa, ita, ut universa contributio, tam scilicet Regia, quam domestica, jam nunc alioquin conjunctae, primum fi-

Nicht weniger Sorgen und Beschwerlichkeiten legte das Steuerwesen den Gespanschafts-Beamten auf; denn nachdem die Steuer erhoben und in die Generalkassa der Gespanschaft gebracht war, welche unter der Verwaltung des Generaleinnehmers stand, musten die versammelten Gespanschafs-Beamten die Rechnungen sowohl der General, als der Particulär-Einnehmer alljährlich übersehen, mit den Steuerbücheln, davon jedes Familienhaupt eines hatte, vergleichen, und dabei untersuchen, wie viel jedweder an baarem Gelde und in Grunderzeugnissen abgetragen hat, und wenn auf solche Art erst alles genau in das Licht gesetzt war, die Einnehmer ausser Verantwortlichkeit setzen, oder zu derselben ziehen. Diese Einrichtung hat nunmehr der Kaiser durch ein königl. Rescript vom 27. September des J. 1785 in so weit geändert, daß an jedem Bezirksorte, wo ein königl. Kommissar wohnt, eine Bezirkskasse, und in jeder Gespanschaft eine sogenannte Filial-Kassa angelegt ist. Der

Be-

filiali, inde quantum a ſtipendiis, aliisque ſtatis ſolutionibus ſuperat, diſtrictuali inferantur aerario. Perceptores itaque Comitatuum tam filiales, quam et particulares, Regii hac ratione redditi ſunt Officiales: ac proinde rationum per eos praeſtandarum reviſio, non jam Comitatibus, ſed Regiis Praefecturis rationariis in futurum incumbet.

Betrag der königlichen und ſogenannten häuslichen Steuer, die ohnehin ſchon vereinbaret ſind, flieſt nun zuſammen, zuerſt in die Filialkaſſe, und was dann von den daraus zu beſtreitenden Beſoldungen und andern beſtimmten Ausgaben übrig bleibt, wird in die Bezirkskaſſa abgeführt. Dieſemnach ſind die Einnehmer der Geſpanſchaften königl. Beamte geworden, und legen daher nun nicht mehr den Geſpanſchaften, ſondern, wie alle übrigen bei öffentlichen Kaſſen angeſtellte Beamte, der königl. Haupt-Buchhalterey ihre Rechnung ab.

§. 47.

Congregationes Comitatuum ad certos casus reſtringuntur.

Quoties, et quibus de causis Status, et Ordines cujuslibet Comitatus convenire, quae item negotia in generalibus eorum Congregationibus tractari consueverint, jam ex his, quae ſupra (§. 41.) dicta ſunt, liquet.

At Auguſtiſsimus Imperator, novam in Comitatibus adminiſtrandorum negotiorum normam praescribens, ideoque Congregationes Comitatuum adeo frequentes minus jam neceſsarias futuras animo reputans, Statuum una congregatorum in publicis negotiis cooperationem ad ſpeciales duntaxat casus, quales ſunt, cum Deputati ad Comitia Regni deligendi, inſtruendique ſunt, aut cum gravis aliqua Rei-

§. 47.

Die Geſpanſchafts-Verſammlungen werden nur auf gewiſſe Fälle eingeſchränket.

Aus dem, was bereits (§. 41.) angeführt wurde, iſt deutlich zu erſehen, wie oft und aus welchen Urſachen die Stände der Geſpanſchaft zuſammenzutreten pflegten, und was für Geſchäfte bei derſelben Verſammlung oder den ſogenannten Generalcongregationen behandelt wurden.

Da aber der Kaiſer den Geſpanſchaften eine neue beſtimmte Vorſchrift zur Verwaltung der Geſchäfte gab, und dadurch die ehemahlige Nothwendigkeit der Verſammlungen aufhörte, ſo haben ſich Se. Maj. dieſen Beiſtand der Stände nur für einige wichtige Fälle vorbehalten, wenn z. B. Abgeordnete zu einem Landtage zu ernennen und mit den nöthigen Vollmachten zu verſehen ſind, oder, wie es jüngſthin geſchah, bei androhender Gefahr des Krieges, ein Bei-

publicae neceſsitas, uti nuperrime accidit, id exigit, reservavit.

Rescript. 18 *Martii* 1785. 13 *Jun.* 21 *Dec.* 1786. *Intimat.* 7 *Febr.* 1787.

Atque ideo, cum jam hac ratione Status, et Ordines Comitatuum haud congregentur, decrevit ultro, ut in expeditionibus qualibuscunque, quae ex publico fieri debent, ſolitum *Nos Universitas* exordium neutiquam adhibeatur, nullum ſcriptum ad Universitatem dirigatur, nullum documentum eo ſub nomine amplius expediatur, verum cunctae poſthac expeditiones tantum ſubscripto Vicecomitis nomine, appreſsoque publico Comitatus sigillo fiant.

Rescript. d. 18 *Martii* 1785. *Item* 13 *Junii*, 21 *Dec.* 1786. *Intimat.* 7 *Febr.* 1787.

Itaque si a Privatis seu ſupplicem libellum, sive aliud quodpiam ſcriptum, ad Universitatem directum, exhiberi contingeret; id minime acceptandum, ſed exhibenti reſtituendum decernitur.

Rescript. 14 *Nov.* 1786. *Intimat.* 6 *Febr.* 1787.

§. 48.

Munus Vicecomitis.

His ita conſtitutis Imperator, ut negotia Comitatuum politica debito, atque non interrupto procedant ordine, virum unum ſcientia, rerum usu, pro-

ſtand an Truppen von dem Lande verlangt wird.

Da dieſemnach die ordentlichen Verſammlungen der Stände in den Geſpanſchaften aufhörte ſo beſchloſſen Se. Maj. dem zu Folge, daß künftig in allen Ausfertigungen der Geſpanſchaften nicht mehr das gewöhnliche Wir, die geſammte Geſpanſchaft ꝛc. am Eingang geſetzt, keine Schrift mehr an die Geſpanſchaft gerichtet, keine Urkunde mehr unter dieſem Titel ausgefertigt werden ſoll, ſondern alle Ausfertigungen müſſen in Zukunft, mit der Unterſchrift des Vicegeſpans und unter dem Inſigel der Geſpanſchaft geſchehen.

Daher ſoll eine Bitte oder jede andere Schrift, welche durch Privatperſonen an die geſammte Geſpanſchaft erginge, gar nicht angenommen, ſondern dem Uiberbringer ſogleich zurückgegeben werden.

§. 48.

Das Amt des Vicegeſpans.

Nach dieſen Einrichtungen hat der Kaiſer, damit die politiſchen Geſchäfte in genauer und ununterbrochener Ordnung verſehen werden mögen, in jedweder Geſpanſchaft einen

mit

probaque, et aequanimi indole praeditum cuilibet Comitatui sub consueta Vicecomitis nomenclatione praeesse voluit. Illius muneris est, universa Comitatus negotia politica juxta leges, normalia praescripta, ac instructionem tractare: Mandatorum Regiorum, dispositionumque, quae a Dicasterio dirigente, aut Commissario Regio veniunt, effectum procurare: subditos contra vim, atque oppressiones tueri: militiae quibusvis in casibus succurrere: ut contributio rite praestetur, curam gerere: securitatem, quietem, et ordinem conservare: subditorum querelas urbariales dirimere: literas, quae hactenus ad fidem publicam rei cuipiam, aut hominibus praestandam, ex Congregationibus expediri solebant (demtis tamen juridicis) subscribere, et petentibus elargiri: investigationes dubiae nobilitatis peragere: omnia denique ea praestare, quae ad politica, publicaque negotia quacunque ratione referuntur. Unde apparet, munus Vicecomitis esse cumprimis operosum, et ad exequutionem eorum, quae aut lege, aut per anteriores Ordinationes Regias constituta sunt, quaeve ultra constituentur, vel maxime dirigi.

Vicecomes immediate Consilio, et Commissario Regio subest. Ab illo mandata, ab hoc directionem accipit. Quaecunque Consilium disponit, illius est exequi: et vicissim quae, quomodove

mit Wissenschaft, Erfahrung, und einer rechtschaffenen und billigen Denkungsart begabten Mann, unter der gewohnten Benennung eines Vizegespans angestellt wissen wollen. Des Vizegespans Pflicht ist, alle politischen Geschäfte der Gespanschaft nach den Landesgesetzen, den Normalvorschriften, und dem ihm mitgetheilten Amtsunterrichte zu Folge zu behandeln, die königlichen Verordnungen, und die Verfügungen der Landesstelle oder der Bezirkskommissare in das Werk zu setzen, die Unterthanen gegen Gewalt und Bedrückung zu schützen, dem Militare in allen Fällen Beistand zu leisten, auf die gehörige Entrichtung der Steuer zu wachen, die Sicherheit, Ruhe und Ordnung zu erhalten; der Unterthanen Urberialstreitigkeiten beizulegen, die schriftlichen Zeugnisse, die bisher über eine Sache oder Person von den Generalversammlungen ausgestellt wurden, (diejenigen, welche Rechtssachen betreffen, ausgenommen) zu unterschreiben, und den Bittwerbern auszufertigen; die Untersuchungen über zweifelhafte Adelschaften vorzunehmen, mit einem Worte, alles zu leiten, was auf die öffentlichen Angelegenheiten sich beziehet. Hieraus erhellet, welche Thätigkeit das Amt eines Vizegespans erfordere, und daß derselbe vorzüglich zur Ausübung dessen bestimmt ist, was durch die Gesetze, oder durch vorhergegangene und nachfolgende königl. Verordnungen vorgeschrieben ist und wird.

Der Vizegespan steht unmittelbar unter der Landesstelle und dem königl. Kommissar. Von jener erhält er die Befehle, von diesem die Leitung. Was die Landesstelle verfüget, muß er in Vollziehung setzen,

dove in Comitatu acta sint, Dicasterio huic Regio referre: cumque Commissario Regio constare debeat, an, quae per Consilium disposita, celeriter, exacte, ordinate, fideque integra praestita sint; Vicecomitis etiam est, *Diarium* suum, cui quaelibet acta singulis diebus sibi succedentia inserenda sunt, quavis quinta decima die eidem transmittere.

und eben so gegenseitig, was in der Gespanschaft geschehen ist, der Landesstelle berichten. Aber weil dem königl. Kommissar bekannt seyn muß, ob die Befehle der Landesstelle unverzüglich, genau, ordentlich und getreu befolget worden sind, so liegt dem Vizegespan ob, sein Tagebuch oder sogenanntes Gestionsprotokoll, in welches er alles, was in Amtssachen vorgeht, eintragen muß, alle 15 Tage dem Kommissare zu übersenden.

Quo autem Vicecomes Provinciam suae administrationi commissam certius, pleniusque cognoscat, sciatque, quae sit indoles populi? quae vitia? quae necessitates? qua parte vel subsidium ferendum? vel industria acuenda? qui obices removendi? quae damna praevertenda? quomodo Magistratuales muniis suis fungantur? quorum vel desidia corrigenda, vel licentia coercenda? an item diariis omnia rite inserta, an, quae promulgari debeant, promulgata fuerint? necesse est, ut universum Comitatum anni unius spatio semel peragret, ac visitet, nihilque ignotum sibi esse patiatur.

Damit aber der Vizegespan die seiner Verwaltung anvertraute Landschaft vollkommen kenne und wisse: wie das Volk beschaffen ist, was dessen Gebrechen, dessen Bedürfnisse sind, wo Hülfe zu leisten, wo die Emsigkeit anzuspornen ist, welche Hindernisse aus dem Wege geräumet werden müssen, welchem Nachtheile vorgebeuget werden kann, wie die Beamten ihren Pflichten nachleben, welche aus ihnen wegen Trägheit angetrieben oder wegen Eigenmächtigkeit in Schranken gesetzt werden müssen, ob ferner in die Tagebücher alles richtig eingetragen, ob die Kundmachungen gehörig geschehen sind, u. d. gl. ist es erforderlich, daß er innerhalb einem Jahre die ganze Gespanschaft einmahl durchreise, und nichts in derselben ihm unbekannt bleibe.

Quamobrem cum Vicecomitibus directio Comitatuum, omniumque Magistratualium, et administratio plurimorum maximi etiam momenti negotiorum incumbat, noluit Imperator munus eorum vel multis scriptitationibus, amplisque protocollis onerari, vel prolixa, quae in Dicasteriis obtinet, rerum

Da demnach dem Vizegespane die Aufsicht über die Gespanschaft und derselben Beamten, wie auch die wichtigsten Geschäften obliegen, so wollte der Kaiser nicht, daß es mit viel Schreibereien und weitläufiger Protokollsführung noch mehr erschweret, und dessen Geschäfte mit dem bei Kanzelleien üblichen Umtriebe behandelt wer-

rum gerendarum methodo retardari. Simpliciori norma praeſtituta, decrevit, ut unusquisque Vicecomes diarium rite formatum ſervaret, cui breviter inscribatur, qua die, et quale mandatum acceperit? quando illud Judicibus Nobilium pro promulgatione, inveſtigatione, aut exequutione miserit? quando ab his responsum acceperit? quando Consilio ſeu relationem praeſtiterit, sive informationem miserit? Ita pariter breviter in eo adnotandum, quis, quando, et qualem vel ſupplicem libellum exhibuerit? vel querelam proposuerit? tum qualis, quave die decisio ſubsequuta, qualeve allatum remedium sit?

werden. Es wurde daher vorgeſchrieben, daß jeder Vizegeſpan ein Tagebuch halte, und in daſſelbe mit kurzen Sätzen genau eintrage, an welchem Tage, und was für Verordnungen er erhalten hat, wann er dieſelben den Stuhlrichtern zur Kundmachung, zur Befolgung oder Unterſuchung zugeſandt hat, wann von dieſen Antwort eingegangen iſt, und wann er der Landesſtelle Bericht ertheilt oder Auskunft erſtattet hat. Eben ſo muß er daſelbſt kürzlich anmerken, durch wen, wann, und was für Bittſchriften eingereicht oder Klagen angebracht worden ſind, was für, welche, und wann die Entſcheidung erfolgt, und was für Abhülfe geleiſtet worden iſt.

Ut omnia haec tanto accuratius peragentur, mandatum eſt, ne, ſeu Vicecomes, ſeu Notarius munerum negotia in propriis, verum in publicis ad id deſtinatis Comitatus aedibus pertractarent.

Rescript. 13 *Junii;* 21 *Decembris* 1786.

Item Inſtructio, quae in Parte I. Normalium Conſtitutorum adnectetur.

Damit aber alles dieſes um ſo genauer verrichtet werde, hat der Kaiſer die Vorſehung getroffen, daß der Vizegeſpan und die Unterbeamten ihre Amtsgeſchäfte in den öffentlichen dazu gewidmeten Häuſern, nicht aber in ihren Wohnungen verrichten ſollen.

§. 49.

Praerogativae, et Emolumenta Vicecomitum.

Laborioso huic, multisque moleſtiis, ac difficultatibus implicito muneri Imperator peculiares praerogativas, et non minora emolumenta attribuit.

§. 49.

Vorzüge und Vortheile der Vizegeſpane.

Mit dieſem ſo mühevollen und beſchwerlichen Amte hat der Kaiſer beſondere Vorzüge und nicht minder erhebliche Vortheile verbunden.

I. Collationem tam conspicui muneris sibimet reservavit, voluitque illud perpetuum esse, donec nempe Vicecomes eo fungi possit.

I. Haben Se. Maj. die Verleihung dieses ansehnlichen Amtes sich selbst vorbehalten, und haben zugleich befohlen, daß es lebenslänglich seyn soll, so lange nähmlich der Vizegespan es bekleiden kann.

II. Praeter stipendium annuum characterem Regii Consiliarii muneri ita adnexuit, ut eum illis, qui rebus praeclare gestis justis de causis se munere abdicarint, retinere liceret.

II. Nebst dem angemessenen jährlichen Gehalte hat der Kaiser mit diesem Amte die Eigenschaft eines königl. Rathes also verbunden, daß ihn auch diejenigen beibehalten, welche nach rechtschaffen geleisteten Diensten, aus billigen Ursachen, ihr Amt abdanken.

III. Tam ipsi Vicecomites, quam eorum viduae ad obtinendam pensionem habiles declarati.

III. Sowohl die Vizegespane als ihre hinterlassenen Wittwen sind eines Gnadengehalts (Pension) fähig.

IV. Exemtio iis a postae portorio in officii rebus, et gratuitae, cum in negotiis iter faciendum est, praejuncturae concessae.

IV. Es ist ihnen Postfreiheit in Amtssachen, und wenn sie in Geschäften reisen, freie Vorspan bewilliget.

V. Declaratum est, Procomites quoad administrationem publicorum negotiorum in locum pristinorum supremorum Comitum quodammodo succesisse, ac proinde insigne hoc munus Magnatibus ipsis, qui supremorum Comitum dignitatem antehac ambiebant, indecorum haud futurum.

V. Wurde erkläret, daß die Vizegespane, in so ferne sie die öffentlichen Geschäfte verwalten, einigermassen in die Stelle der vormahligen Obergespane eingetreten seyn, folglich dieses so ansehnlich gewordene Amt nun auch diejenigen Magnaten keineswegs abwürdige, welche vorher zur Obergespanswürde Anspruch hatten.

VI. Proximus promotionis gradus Vicecomitibus sit Consiliarii in Dicasterio provinciali, aut majori quopiam Tribunali dignitas.

Rescript. d. 18 *Martii,* 20 *Maji* 1785, *speciatim* 30 *Januarii,* 13 *Junii, et* 21 *Dec.* 1786.

VI. Die nächste Beförderungsstufe eines Vizegespans soll das Amt eines königl. Rathes bei der Landesstelle oder einem hohen Gerichte seyn.

§. 50.

§. 50.

§. 50.

Officiales Vicecomitis muneri adjuncti.

Ob rerum agendarum molem Auguſtiſsimus voluit, ut in singulis Comitatibus Adjutor (*Adjunctus*) Procomitis, sive ALTER VICECOMES conſtitueretur, cujus quale munus sit, ipsum nomen indicat. Hujus quoque, prout primi denominationem Princeps sibi reservavit: candidatio tamen utriusque a Commiſsario Regio Consilio Locumtenentiali, et ab hoc Dicaſterio Aulico facienda.

Sequitur NOTARIUS, cujus eſt quaelibet ſcripta, quae in dies singulos occurrunt, concinnare, sive illa responsa ad Superiores, sive mandata ad Inferiores, ſeu decisiones in negotiis Privatorum contineant.

Cuivis Notario adjunctus eſt VICENOTARIUS unus, Ordinario in omnibus praeſto futurus, ſpeciatim autem ejus curae diarium, sive protocollum omni fide, et accuratione ducere, ac tabellas quoque ſaepe neceſsarias formare commiſsum eſt.

His accedit REGESTRATOR, simulque EXPEDITOR, curam Archivi, expeditionumque geſturus.

Quovis praeterea in Comitatu CANCELLISTAE duo; si vero major Pro-

§. 50.

Von den Perſonen, welche um den Vizegeſpan ſind.

Bei ſo vielfachen Verrichtungen wollte der Kaiſer, daß in jeder Geſpanſchaft der Vizegeſpan einen Gehülfen unter dem Nahmen eines zweiten Vizegeſpans habe, deſſen Amtspflicht dieſe Benennung ſchon hinlänglich zu erkennen gibt; die Ernennung deſſelben wie des erſten hat ſich der Landesfürſt ebenfalls vorbehalten, der Vorſchlag aber zu beiden Aemtern geſchieht durch den königl. Kommiſſar bei der Landesſtelle, und durch dieſe bei der Hofſtelle.

Folgt nun der Notar. Seine Verrichtung iſt die alltäglich erforderlichen Aufſätze abzufaſſen, ſowohl Antworten an Vorgeſetzte, als Befehle an Untergebene, und Beſcheide für Privatleute.

Jedem Notar iſt ein Vizenotar beigegeben, der dem erſteren in allen Amtsgeſchäften an die Hand gehen muß. Insbeſondere aber liegt demſelben ob, das Tagbuch mit Treue und Genauigkeit zu führen, und die oft nöthigen Tabellen zu verfertigen.

Nebſt dem iſt ein Regiſtrator vorhanden, der zugleich Expeditor iſt, und das Archiv und die Ausfertigung beſorget.

Auch befinden ſich bei jeder Geſpanſchaft zwei, und wo die Geſpanſchaft von

gröſ-

Provinciae amplitudo sit, etiam tres constituti sunt.

Adolescentes quoque, qui experientiae causa sive penes Vicecomitem, seu penes Notarium sint, quos vulgo PRACTICANTES dicimus, ad minora negotia, suo ingenio accommoda, applicari poterunt. Ea enim est mens, atque voluntas Imperatoris, ut nemo deinceps publicis in Comitatibus muniis admoveatur, nisi praxim in Comitatu subeat, idque testimonio fide digno comprobet; nulli autem ad praxim accedere liceat, nisi Germanicam linguam calleat, seque praescripta in publicis scholis literarum studia tam politica, quam juridica rite absolvisse, similiter fide dignis testimoniis demonstret; sed nec in Dicasterio quispiam munus aliquod consequi possit, nisi eam, quae in Comitatibus obtinet, rerum agendarum normam usu ipso, praxique se condidicisse, comprobaverit.

Procomitis muneri etiam additi sunt Equites (*Hussari*), et Satellites (*Hajdones*), quorum numerus jam major, jam minor, ratione nempe amplitudinis Comitatus, aliarumque circumstantiarum habita, esse debet. Equites ut plurimum literis ultro, citroque perferendis, Satellites vero reis capiendis, custodiendisque destinati. Ejus, qui Satellitum Ductor fuerit, erit etiam munditiem aedium usibus Comitatus publicis destinatarum curare.

Rescript. 18 *Martii* 1785; 13 *Junii*, 21 *Dec.* 1786. *Intim.* 7 *Febr.* 1787.

größerem Umfange ist, auch drei Schreiber, oder sogenannte Kanzellisten.

Es können auch junge Leute, die zur Uebung entweder bei dem Vizegespan, oder bei dem Notariatsamte sich verwenden, und die gewöhnlich Praktikanten heissen, zu minderen Geschäften, die ihren Einsichten und Kräften angemessen sind, gebraucht werden. Es ist auch Sr. Maj. Wille und Gesinnung, daß in Zukunft niemand zu öffentlichen Aemtern in den Gespanschaften angestellet werden soll, wenn er sich nicht vorher daselbst geübet hat, und dieses durch glaubwürdige Zeugnisse darthun kann; eben so aber soll auch niemand zur Uebung im Dienste zugelassen werden, der nicht die deutsche Sprache besitzt, und zeigen kann, daß er die vorgeschriebenen sowohl politischen als juridischen Studien in der Schule gehörig vollendet hat. Es kann auch niemand bei der Hof- oder Landesstelle ein Amt erhalten, der nicht darthun kann, daß er einige Zeit bei einer Gespanschaft gedienet, und sich den dort üblichen Gang der Geschäfte praktisch bekannt gemacht hat.

Endlich gehören auch noch zum öffentlichen Dienste des Vizegespans Hussaren und Haiduken, deren Anzahl im Verhältniße mit der Grösse der Gespanschaften, und nach andern Umständen, bald beträchtlicher, bald minder seyn kann. Die ersteren sind hauptsächlich dazu bestimmt, die Briefschaften hin und her zu tragen, die letzteren zur Einbringung der Verbrecher, Bewachung der Gefangenen ꝛc. Der Anführer der Haiduken hat zugleich die Obliegenheit die Reinlichkeit der Gespanschaftsgebäude zu erhalten.

§. 51.

§. 51.

De exterioribus Magiſtratualibus.

Memorati nunc Magiſtratuales Vicecomitis ſtationi ſemper adfixi manent. Sed quia rectus ordo rerum exposcit, ut singulis Provinciae partibus rursum aliqui Magiſtratualium praepositi sint, qui et mandata Superiorum a Vicecomite sibi communicata celerrime exequantur, et aſsiduo invigilent, ut ordo rerum, et tranquillitas conservetur; in quovis Proceſsu JUDEX NOBILIUM, eique adjunctus VICEJUDEX NOBILIUM, quorum unus in una, alter in altera Proceſsus parte resideat, conſtituti ſunt.

Cuivis Judici Nobilium pariter *Diarium* concinnandum, in quod quotidiana acta ſerie chronologica referenda ſunt, et quod qualibet 15ta die Vicecomiti, ab hoc vero Commiſsario Regio ſubmitti debet. Quibus in rebus unus, alterve *Practicans*, quem penes ſe habet, ſuam ei operam praeſtat. Ceterum Judices Nobilium a Vicecomite, prout Vicejudices a Judicibus Nobilium dependent.

His taliter ordinatis munera juratorum Aſseſsorum, sive *Juraſsorum*, cum alioquin juridica negotia a politicis ſeparata sint, ſuapte ceſsarunt.

Rescript. 18 *Martii* 1785; 13 *Junii*, 21 *Dec.* 1786. *Intimat.* 7 *Febr.* 1787.

§. 51.

Von den äuſſeren Geſpanſchaftsbeamten.

Die oben angeführten Magiſtratsperſonen verbleiben beſtändig an demjenigen Orte, wo der Vizegeſpan ſeinen Sitz hat; aber weil es zur Handhabung der Ordnung nöthig iſt, daß den einzelnen Theilen der Geſpanſchaft wieder einige Perſonen vorgeſetzt ſeyn, durch welche ſowohl die ihnen von dem Vizegeſpane ertheilten Befehle auf das ſchleunigſte in Ausübung gebracht, als auch Ordnung und allgemeine Ruhe in allen Theilen erhalten werden, ſo iſt zu dem Ende in jedem Kreiſe ein ſogenannter Stuhlrichter angeſtellt, und dieſem ein Vizeſtuhlrichter zugegeben, davon einer in einer Numer des Kreiſes, der andere in einer andern ſeinen Sitz haben muß.

Jeder Stuhlrichter hält gleichfalls wieder ſein Tagebuch, in welches er die Vorfälle ſeines Amtes alltäglich, nach der Zeitordnung, in Kürze einträgt, und alle 15 Täge dem Vizegeſpan, wie dieſer dem königl. Kommiſſar, überſendet. Hierin ſteht ihm ein, oder anderer der ihn umgebenden Praktikanten bei. Uebrigens hängt der Stuhlrichter von dem Vizegeſpan, ſo wie der Vizeſtuhlrichter von dem Stuhlrichter, ab.

Bei dieſer Anordnung hat das Amt der geſchwornen Beiſitzer, oder der ſogenannten Juraſſoren, da nun ohnehin die Rechtsſachen von dem politiſchen Fache getrennt ſind, für die Zukunft von ſich ſelbſt aufgehöret.

§. 52.

Reliqua in Comitatibus munia.

Praeter Magiſtratuales ſunt alii etiam in ſingulis Comitatibus, quibus certa munia commiſsa ſunt, et qui pariter ex aerario publico ſtabilia ſtipendia quotannis percipiunt.

Imo loco commemorandus venit Fiscalis, quem praeter alias animi dotes oportet eſse virum in ſcientia Juris optime versatum. Hujus muneris eſt, plebi ruſticae in causis, et negotiis *ex nexu ſubditelae* natis aſsiſtere; contra eos, qui politici ſe delicti reos faciunt, *actione fiscali* procedere, ac in causis, ubi quaeſtiones circa nobilitatem probandam ſeſe offerunt, *Fisci* partes agere.

II. Singulis in Comitatibus ordinarie unus tantum Medicus conſtitutus eſt.

III. Geometra ad dimetiendas terras, fluvios repurgandos, aliosque labores geometricos, mechanicos, et hydraulicos deſtinatus.

IV. Quot in Comitatu Proceſsus, tot Chirurgi, qui rite examinati sint, tot item Obstetrices aſsumenmendae, ac ſtipendio publico providendae.

V. In

§. 52.

Uebrige Aemter in den Geſpanſchaften.

Nebſt den ſchon genannten Beamten gehören zu jeder Geſpanſchaft noch verſchiedene andere Perſonen, denen gewiſſe Verrichtungen anvertrauet ſind, und die daher gleichfalls aus der öffentlichen Kaſſe einen beſtimmten Gehalt beziehen.

I. Zuerſt iſt hier der Fiskal zu nennen, der nebſt andern Eigenſchaften auch ein in der Rechtswiſſenſchaft wohlgeübter Mann ſeyn muß. Seine Verrichtung iſt es dem Landvolke in Rechtshändeln und Geſchäften, die aus dem Verhältniſſe der Unterthanſchaft entſpringen, beizuſtehen, gegen diejenigen, die ſich eines politiſchen Verbrechens ſchuldig machen, die Fiskalklage anhängig zu machen, und in Rechtshändeln, wo es auf den Beweis der Adelſchaft ankommt, den Fiskus zu vertreten.

II. In jeder Geſpanſchaft iſt ein Leibarzt zum Behufe derſelben angeſtellt.

III. Der Erdmeſſer, zur Ausmeſſung der Ländereien, Reinigung der Flüſſe, und anderen geometriſchen, mechaniſchen und hidrauliſchen Arbeiten.

IV. So viel in einer Geſpanſchaft Kreiſe ſind, eben ſo viel geprüfte Wundärzte und Hebammen ſollen in derſelben angeſtellt und beſoldet werden.

V. In

V. In illis Comitatibus, ubi mororum implantatio, aut equariae locum habent, Rei etiam Sericeae Inspectores, et Equariarum Magistri publico ſtipendio ſuſtentantur.

VI. Filialis Aerarii Comitatus *Praefectus*, ſeu Cassirius, ejusque Contrascriba, ac particulares Perceptores proprie ad numerum Magiſtratualium jam amplius non referuntur, cum quoad hos, uti jam dictum fuit, prout et quoad futuram publici aerarii adminiſtrationem longe alia norma conſtituta sit. Atque ex hac ipsa ratione munus etiam Exactoris Rationum, antea in Comitatibus usitatum, Mandato Regio abrogatum.

VII. Commissarii *transennales*, et *contractionales*, militiae provisionem, et dislocationem sibi commiſſam habentes, tantum *ad tempus* remanent, quoad nempe novum rei annonariae, quam deinceps singulae legiones per ſe ipsas curabunt, ſyſtema conſtabiliatur.

Rescript. 18 *Martii* 1785; 13 *Junii*, 21 *Dec.* 1786. *Intim.* 7 *Febr.* 1787.

§. 53.

Salaria eorum, qui in Comitatibus publica gerunt munia.

Vicecomitibus singulis ſtipendium 1200 florenorum conſtitutum eſt. At Peſtiensi, quippe cujus jurisdictioni praeter amplum Comitatum e tribus olim

V. In denjenigen Geſpanſchaften, wo Maulbeerbaumpflanzungen, oder wo Stuttereien ſich befinden, ſoll auch ein Seidenaufſeher und ein Geſtüttmeiſter auf öffentliche Koſten erhalten werden.

VI. Der Einnehmer der Filialſteuerkaſſe oder Kaſſier und deſſen Gegenhandler, ſo wie die beſondern Einnehmer gehören nun eigentlich nicht mehr zu der Geſpanſchaft, da in Anſehung derſelben, wie ſchon (§. 46.) geſagt worden iſt, ſo wie in Anſehung der öffentlichen Kaſſaverwaltung nunmehr eine ganz andere Einrichtung beſteht. Aus der nähmlichen Urſache iſt auch das ehemahls in den Geſpanſchaften gewöhnliche Amt eines Buchhalters durch eine königliche Verordnung abgeſchaft worden.

VII. Die ſogenannten Tranſenna'- und Contraczionalkommiſſare, welchen die Verpflegung und Einquartierung der Truppen obliegt, verbleiben nur noch ſo lange, bis das neue Verpflegsſyſtem, nach welchem jedes Regiment ſich ſelbſt verſieht, überall eingeführet iſt.

§. 53.

Gehalt derjenigen, die in der Geſpanſchaft dienen.

Jedem Vizegeſpane iſt ein Gehalt von 1200 Gulden zugewieſen; aber der Peſther, da ſeiner Verwaltung, auſſer einer weitſchichtigen Geſpanſchaft, die aus dreien der Peſther

olim Comitatibus, utpote Peſtiensi, Soltensi, et Pilisiensi conflatum, duae praecipuae Regni Civitates, Buda, et Peſtinum, amplisimique Distrctus Jazigum, et Cumanorum in Politicis subjecti sunt, floreni 1800. In iis praeterea Comitatibus, in quibus Commisarii Regii resident, demto Unguariensi, prout et in Posoniensi, Soproniensi, et Castriferrei Vicecomitibus floreni 1500 asignati sunt. Adjunctus Vicecomitis, sive alter Vicecomes salarium habet florenorum 600 — 500.

Notarius	—	600 —	500.
Vicenotarius	—	350 —	300.
Regestrator	—	— —	300.
Cancellistae singuli	—	— —	100.
Judices Nobil. sing.	—	500 —	400.
Vicejud. Nob. sing.	—	300 —	200.
Fiscalis	—	400 —	300.
Particul. Perceptores	—	— —	200.
Medicus	—	— —	400.
Geometra	—	— —	400.
Chirurgi singuli	—	— —	200.
Obstetrices singulae	—	— —	100.

Observandum est, *Judices Nobilium* 100 florenis plus quam hactenus, nempe, ubi florenos 300 habuere, quadringentos, ubi autem 400, quingentos obtinuisse; alterum *Vicecomitem*, et *Notarium* 100 florenis plus quam Judices Nobilium; *Fiscales* denique in 38 Comitatibus, ubi *subalterna Judicia* stabilita sunt, cum iis privatorum etiam causas ibi asumere liceat, florenos tantum 300, in reliquis autem 400 percepturos.

Rescript. 21 *Dec.* 1786. *Intimat.* 7 *Febr.* 1787.

her nähmlich, der Solter und Piliser zusammengesetzt ist, auch die zwei vorzüglichsten Städte des Königreichs: Ofen und Pest, und die zwei grossen Freibezirke: das Jazyger und das Kumanerland, in politischen Angelegenheiten unterworfen sind, hat 1800 Gulden; in denjenigen Gespanschaften, wo die Kommissare ihren ordentlichen Sitz haben, mit Ausnahme der Unghwer, und eben so in der Presburger, Oedenburger, und Eisenburger = Gespanschaft, haben sie 1500 Gulden.

Der zweite Vizegespan	600	bis	500.
Der Notar	600	—	500.
Der Vizenotar	350	—	300.
Der Registrator			300.
Jeder Kanzellist			100
Jeder Stuhlrichter	500	—	400.
Die Vizestuhlrichter	300	—	200.
Der Fiskal	400	—	300.
Die partikuläre Einnehmer	400	—	200.
Der Leibarzt			400.
Der Erdmesser			400.
Jeder Wundarzt			200.
Jede Hebamme			100.

Es ist hiebei zu bemerken, was die Stuhlrichter betrift, daß sie 100 Gulden mehr erhalten, als sie bisher bezogen haben: wo sie also 300 Gulden hatten, erhalten sie nun 400; wo sie 400 hatten, sind ihnen 500 angewiesen. Der substituirte Vizegespan und Notar erhalten jeder um 100 Gulden mehr, als der Stuhlrichter; die Fiskale erhalten in denjenigen 38 Gespanschaften, wo ein untergeordnetes Gericht eingeführet worden ist, da sie Gelegenheit haben, mit Führung der Privatrechtshändel sich zu behelfen, nur 300, in den übrigen Gespanschaften aber 400 Gulden.

§. 54.

Status Comitatuum, et Sedium Transilvaniae sub Regibus et Principibus.

Quamdiu Transilvania Regibus Hungariae paruit, eadem illic forma Comitatuum fuit, quae isthic; pauca quaedam si demas, quibus Transilvani a consuetudinibus in Hungaria receptis, paululum differebant, quae in *Tripartito Verbőcziano* legi possunt. *a)*

Sub *Principibus* subinde variae in Comitiis leges aetati illi consentaneae latae sunt, quae duobus libris *Approbatarum* nempe *Constitutionum*, et *Compilatarum Constitutionum* continentur. Articuli post Transilvaniae ab Hungaria separationem usque ad annum 1653 conditi comprehenduntur anteriore; posteriore vero Codice, qui ab anno 1653 usque ad annum 1757 sanciti sunt: quod apud nos Corpus Juris, hoc apud Transilvanos bini hi Codices.

Comitatus pro tractandis negotiis publicis, politicis, et judicialibus, jam singulis quindenis, jam quovis mense, jam ter, quaterve per annum consessus celebrare ex lege debebant. *b)*

Consessus hi SEDRIAE, id est, Sedes Judiciariae appellabantur. Sed di-

§. 54.

Zustand der Gespanschaften und Stühle von Siebenbürgen unter den Königen und Fürsten.

So lange Siebenbürgen unter den Königen von Ungarn stand, hatten die Gespanschaften in beiden Ländern eine gleiche Gestalt. Der Unterschied lag blos in einigen wenigen in Siebenbürgen angenommenen besondern Gewohnheiten, die man in dem Tripartitum des Werbőcz lesen kann.

Unter den Fürsten sind verschiedene den damahligen Zeiten angemessene Gesetze entstanden, die in zwei Büchern unter dem Titel: Approbatae Constitutiones und Compilatae Constitutiones enthalten sind. Jene begreiffen alle seit der Zeit, da Siebenbürgen von Ungarn sich getrennet hat, bis zum J. 1653 abgefaßten Landtagsschlüsse, diese aber was vom J. 1653 bis zum J. 1757 festgesetzt worden ist. Wie bei den Ungarn das Corpus Juris Hungarici, so werden in Siebenbürgen obgedachte zwei Codices angesehen.

Die Gespanschaften waren durch die Gesetze verbunden, zur Behandlung der politischen und Rechtssachen bald alle fünfzehn Tage, bald jeden Monath, bald drei und viermahl des Jahrs Versammlungen zu halten.

Diese Versammlungen hiessen Gerichtssitzungen, aber dieselben waren von verschiedener

a) Trip. Part. III. tit 3. 4. 5.

b) Definit. in Comitiis Albae Juliae an. 1594, 1614, 1678 celebratis.

diversa erant Sedriarum genera: aliae nempe FILIALES (*Ispány Széki*), in quibus judicia Ignobilium tam civilia, quam criminalia agebantur. His praesidebat supremus Judex Nobilium; cujus antehac eadem dignitas, idemque munus, quod ordinarii in Hungaria Vicecomitis fuit. Aliae PARTIALES, quae forum tantum Nobilium repraesentabant: jurisdictio tamen harum ultra florenos 100 sese haud extendebat. In his quoque supremus Judex Nobilium primum locum tenuit. Aliae GENERALES, quibus praeter supremum Comitem supremus Judex Nobilium, Vicejudices, Vicecomites, id est: Fiscales, et Assessores, tota denique *Universitas Dominorum Comitum, Baronum*, et *Nobilium* Comitatus intererant. Hic causae ratione mobilium, et immobilium rerum, et Bonorum motae: hic criminales contra Nobiles: omnesque aliae, iis solum exceptis, quae productionem privilegiorum exposcebant, pro qua nempe causarum specie distinctum Forum, cujus mentio alio loco recurret, exstabat, judicabantur. Sedria haec semel in anno, et tum tribus integris diebus celebrabatur.

dener Art: einige hiessen Unterthansgerichte, wo über bürgerliche und Halsverbrechen der unadelichen Partheien gesprochen wurde, und bei diesen hatte der oberste Stuhlrichter den Vorsitz, welcher in Siebenbürgen ehmahls eben das war, was in Ungarn der erste Vizegespan. Andere hiessen Nebengerichte, und waren ein adeliches Gericht, durften aber nur Gegenstände behandeln, die nicht über 100 Gulden betrugen. Hier hatte ebenfalls der oberste Stuhlrichter den Vorsitz. Wieder andere Sitzungen hiessen die allgemeinen, welchen nebst dem Obergespane auch der oberste Stuhlrichter sowohl als die Unterrichter, die Vizegespane (so hiessen die in Ungarn sogenannten Fiskalen) und ordentlichen Beisitzer, endlich die Gesammtschaft der Herren Grafen, Baronen und Edelleute der Gespanschaft beiwohnten. Hier wurden Rechtsstreitigkeiten über bewegliche und unbewegliche Güter anhängig gemacht; hier wurde über Halsverbrechen der Edelleute gesprochen, und in allen andern Angelegenheiten, ausgenommen in solchen, welche die Vorweisung der Privilegien erforderten, für welche ein besonderes Gericht bestand, wovon an seinem Orte wird gehandelt werden. Eine solche Sitzung wurde alljährlich einmahl durch drei Tage gehalten.

Aliae denique MARCALES SEDRIAE (*Girás-Szék.*) nominatae, quo nomine id, quod in Hungaria per *Congregationes generales*, intelligebatur. In his de politicis ut plurimum negotiis deliberabatur, statutaque fiebant, tempori, et Comitatuum necessitatibus adcommoda.

Es gab noch andere Sitzungen, welche Markalsitzungen hiessen, unter welchem Nahmen eigentlich das nähmliche verstanden wurde, was in Ungarn die Generalkongregazionen waren; hier wurden nähmlich meistens die politischen Angelegenheiten behandlet, und verschiedene der Zeit und den Umständen angemessene Anordnungen getroffen.

SICU-

Die

Siculi quoque suas in singulis Sedibus habuere Sedrias. Id solum discrimen inter Sedes, et Comitatus intercedebat, quod his supremi Comites, illis contra supremi Judices Regii Moderatores praefuerint.

At Sedium Saxonicalium dispar erat ratio. Quaevis namque Sedes aut Civitatem Regiam, aut nobilius quodpiam Oppidum complectebatur, Judice, Senatuque instructum, quorum Jurisdictio non modo ad Civitatem ipsam, aut Oppidum, sed ad integrum quoque Circulum, omnes proinde Pagos in eodem Circulo, seu Sede jacentes protendebantur.

Atque haec norma administrationis publicae non solum sub Principibus, sed sub Austriaco etiam regimine usque ad Mariam Theresiam permansit.

Die Szekler hatten ebenfalls in jedem ihrer Stühle eine Gerichtssitzung, nur war zwischen den Stühlen und Gespanschaften der Unterschied, daß diesen Obergespane, jenen sogenanete oberste königl. Richter zur Leitung vorstanden.

Aber bei den Sächsischen Stühlen war eine ganz andere Verfassung. Jeder hatte in seinem Umfange entweder eine königliche freie Stadt, oder eine ansehnliche Landstadt, die mit einem ordentlichen Magistrate versehen war, dessen Gerichtsbarkeit nicht nur auf den Hauptort, sondern auf das ganze Gebiet, folglich alle in demselben gelegene Dörfer sich erstreckten.

Eine solche Gestalt hatte die öffentliche Verwaltung nicht nur unter den Fürsten, sondern auch unter der Regierung des Erzhauses, bis die K. K. Maria Theresia zur Regierung kam.

§. 55.

Status Comitatuum, et Sedium Transilvaniae sub Maria Theresia.

Gloriosissima haec Princeps animo reputans, quantopere Juridicae hae Sedriae justitiae cursum, et administrationem negotiorum publicorum remorentur, anno 1762 Commissionem Regiam, Comite Adamo Nemes Praeside, constituit, e tribus Nationibus compositam, quae, qua ratione res Comitatuum publica aptius disponi pos-

§. 55.

Zustand der Gespanschaften und Stühle von Siebenbürgen unter Maria Theresia.

Da diese glorwürdige Fürstinn erwog, wie sehr die bisherigen Gerichtssitzungen den Lauf der Gerechtigkeit verzögern, und die Verwaltung der öffentlichen Angelegenheiten erschweren, so hat sie im J. 1762 eine königl. Kommission errichtet, die unter dem Vorsitze des Grafen Adam Nemes aus Beisitzern aller drei Völkerschaften bestand, und den Auftrag hatte, gemeinschaftlich zu über-

posſit, mutuis Consiliis indagaret, et quod optimum fore videbitur, proponeret.

Commiſsio haec Cibinii considens Gubernio Regio proposuit: „ Nihil inter Hungaros, ac Siculos adeo cursum causarum, promotionemque „ servitii qua Regii, qua publici antehac impediviſse, quam defectum Judicii continui: nimiam Aſseſsorum „ sine defectu frequentiam: magnam „ Officialium et inter ſe, et a ſupremo „ Officiali, dum quisque domi ſuae, „ locis diſsitis, officio vacat, diſtantiam: inde moras cointelligentiae: „ Sedriarum denique inanes poſt annum 1678 ſubdivisiones, et ex eo „ natas graduum appellationis multiplicationes. Hinc eveniſse, ut nihil „ in ſervitio accuratum dici, lites vero nec integra causantis aetate terminari queant. „ a)

überlegen, wie die öffentlichen Angelegenheiten der Geſpanſchaften füglicher geleitet werden können, und darüber ihr Gutachten in Vorſchlag zu bringen.

Dieſe Kommiſſion, welche zu Hermannſtadt ihre Berathſchlagungen hielt, ſtellte dem königl. Siebenbürgiſchen Gubernium vor, „ nichts habe bisher bei den Ungarn und Szeklern die Beendigung der Rechtshändel, und die Beförderung der öffentlichen und königl. Dienſte ſo ſehr verhindert, als der Mangel beſtändiger Gerichte; die allzugroſſe Menge von Beiſitzern ohne alle Auswahl; die weite Entlegenheit der Beamten, eines von dem andern und von dem oberſten Beamten, da jeder zu Hauſe in von einander entferneten Orten, ſeiner Pflicht obliegt, wodurch das Einverſtändniß äuſſerſt verzögert wird; die überflüßigen ſeit dem J. 1673 geſchehenen Unterabtheilungen der Gerichtsſitzungen, und die daraus entſtandenen vielfältigen Berufungsſtuffen. Daher rühre es, daß der Dienſt des Landes niemahls genau ſey verſehen worden, und Rechtshändel oft in der ganzen Lebenszeit der klagenden Partei nicht geendiget wurden. „

Quae, plurimaque alia cum Gubernium Regium Auguſtiſsimae Imperatrici, ac Reginae Mariae Theresiae proposuiſset, illa abrogatis anterioribus inſtabilibus Sedriis, anno 1763 fixa in Comitatibus Hungarorum, ac Sedibus Siculorum ſub nomine Continuarum Tabularum conſtituit Fora, in quibus causae tam civiles, quam criminales

Als das königliche Landesgubernium dieſes und dergleichen der K. K. Maria Thereſia vorſtellte, hat dieſelbe im J. 1763 die bisherigen unſtäten Gerichtsſitzungen abgeſchaft, und ſowohl in den Ungariſchen Geſpanſchaften, als auch in den Szeklerſtühlen, unter dem Nahmen von beſtändigen Tafeln immerwährende Sitzungen eingeführt, durch welche ſowohl Civil- als Kriminalprozeſſe, als

a) Verba ſunt Commiſsionis, quae Cl. Benkö in eleganti ſuo de Transilvania opere tom. II. c. 8. adducit.

minales, ac universa praeterea negotia publica politica et oeconomica toto anni decursu, demtis feriis, quae tamen haud parum accisae sunt, non interrupta serie pertractarentur.

als auch alle politischen und Wirthschaftssachen das ganze Jahr hindurch, ausgenommen in Ferien, die jedoch beträglich verkürzet worden sind, in ununterbrochener Reihe abgehandelt wurden.

Hac itaque ratione viginti et una erectae sunt in Magno Principatu Tabulae continuae, et quidem in Comitatibus, binisque Districtibus 13, in Sedibus vero Siculicis 8; quoad Sedes Saxonicas nulla facta est innovatio.

Diesemnach sind 21 solche beständige Tafeln eingeführet worden, nähmlich in den Gespanschaften und beiden Bezirken 13, und 8 in den Szeklerstühlen. In Ansehung der Sächsischen Stühle ist keine Neuerung vorgegangen.

Quaevis Sedes continua praeter supremum Comitem, aut apud Siculos supremum Judicem Regium, ordinarie consistebat e duodecim actualibus, et totidem supernumerariis Assessoribus. Inter priores censebatur supremus Judlium (*Judex Nobilium*) primus post supremum Comitem, tum Regii Perceptores, Vicecomites, Notarius, Vicenotarius, reliqui Assessores. Restauratio Magistratuum quovis biennio ordinarie peragebatur, quos approbandi, aut reprobandi jus sibi Princeps reservavit.

Jede beständige Tafel bestand ausser dem Obergespane, oder dem obersten königl. Richter bei den Szeklern, ordentlicher Weise aus 12 wirklichen und eben so vielen überzähligen Beisitzern. Unter jenen war der oberste Stuhlrichter, nach dem Obergespane die vornehmste Person; nach ihm kamen die königl. Einnehmer, die Vizegespane (oder Fiskalen) der Notar, der Vizenotar, und dann die übrigen ordentlichen Beisitzer. Die Amtserneuerung wurde alle zwei Jahre ordentlicher Weise vorgenommen, doch hatte es sich der Landesfürst vorbehalten, die Wahlen zu bestätigen oder zu verwerfen.

Subalterni Tabularum Officiales erant: Scribae Tabulares, Advocati fiscales, et Procuratores jurati, Chirurgi, Janitores, nec non Vicejudices Nobilium, *in Partibus*, sive in Circulis Comitatuum habitantes.

Die Unterbeamten der Tafeln waren: die Tafelschreiber, die Fiskalen und geschworenen Sachwalter, die Wundärzte, Thürhüter, wie auch Vizestuhlrichter, welche in den Abtheilungen, oder sogenannten Kreisen der Gespanschaften, wohnten.

§. 56.

Status Comitatuum, et Sedium sub Josepho II.

Jam ex iis, quae supra (§. 9.) dicta sunt, elucescit, Augustissimum Imperatorem, abolito Sedium Saxonicarum, et Siculicarum nomine, universam Transilvaniam in Comitatus undecim divisisse: subinde autem Districtus tres ad normam Hungariae efformasse, et cuique certum numerum Comitatuum adjunxisse.

Eadem ergo omnia, quae de Commissariis Regiis, de Vicecomitibus, eorumque muniis, de statu personali, de norma tractandorum deinceps in Comitatibus negotiorum dicta sunt, ad Transilvaniam quoque referenda, quam in omnibus Augustissimus Hungariae conformari vult. Ut adeo Transilvania, quae sub Hungariae Regibus 500, et amplius annis iisdem cum Hungaria legibus regebatur, nunc sub felici Josephi II. Regimine, post longam quasi peregrinationem in sinum matris suae Hungariae feliciter rediviſse videatur.

§. 57.

Generalia quaedam Constituta, quae universim ad Comitatus referuntur.

I. Ad aequalitatem in omnibus Comitatibus inducendam, constituit Im-

§. 56.

Zustand der Gespanschaften und Sitze unter Joseph II.

Aus dem was bereits (im §. 9.) gesagt worden ist, ergibt sich, daß Se. Maj. Joseph II. den Nahmen der Szekler- und Sachsenstühle aufgehoben und ganz Siebenbürgen in 11 Gespanschaften und diese in drei Kommissions-Bezirke, nach Art der Ungarischen, eingetheilet habe.

Alles was daher oben von den königl. Kommissaren, von den Vicegespanen und derselben Verrichtung, was von dem Personalstande, von der Vorschrift, wie die Geschäfte in den Gespanschaften behandelt werden müssen, von Ungarn gesagt worden, bezieht sich auch auf Siebenbürgen, indem der Kaiser dieses Land mit Ungarn auf ganz gleichen Fuß gesetzt wissen will, so daß man sagen kann, dieses ehedem durch mehr als 500 Jahre nach Ungarischen Gesetzen beherrschte Land kehre gleichsam nach einer langen Wanderschaft, nun erst unter Josephs glücklicher Regierung, wieder in den Schooß ihrer Mutter zurück.

§. 57.

Allgemeine Anordnungen welche die Gespanschaften betreffen.

I. Um in allen Gespanschaften eine Gleichheit einzuführen, hat der Kaiser verord-

Imperator, ut, fublatis anterioribus insignibus, quorum forma antehac in singulis Comitatibus diversa fuit, Comitatuum sigillis tantummodo insigne Hungariae (idem de Transilvaniae insignibus intelligitur) insculpatur cum simplici epigraphe, qua Comitatus solum nomen, e. g. *Comitatus Posoniensis*, exprimatur.

ordnet, daß die bisherigen jeder Gespanschaft eigenthümlichen besonderen Wappenbilder aufhören sollen, und dafür jede Gespanschaft das Wappen von Ungarn, mit ihrer Namens-Umschrift, als Insigel führe. Das nähmliche versteht sich auch von Siebenbürgen.

Quodsi duo Comitatus conjuncti sint, epigraphe utriusque nomen exhibeat.

Rescript. 14 *April. et* 16 *Jun.* 1786.

Wo zwei Gespanschaften verbunden sind, soll beider Nahmen im Sigill ausgedruckt werden.

II. Ad propositam a nonnullis Commissariis Regiis quaestionem, quosnam in usus publicae Comitatuum aedes convertendae sint? sequuta est Regia decisio, ut in iis *primo* Commissariis Regiis aliquot conclavia assignarentur, ut, cum ad Comitatum venerint, aliquo ibi tempore commorari possint. *Secundo*: primario Vicecomiti, filiali Perceptori, ac Notario congrua habitatio ita appararetur, ut una archivum, et cassa locum suum obtineat. *Tertio*: pro captivis sufficientes, ac necessariis commoditatibus provisi carceres constituerentur, una autem debita cura adhiberetur, ut sexus virilis a muliebri plene separetur.

Rescript. 6 *Oct.* 1785.

II. Auf die von einigen königl. Kommissaren gemachte Anfrage, zu welchem Gebrauch die öffentlichen Gebäude der Gespanschaften zu verwenden sind, ist folgender Bescheid erlassen worden: 1) sollen für den königl. Kommissar einige Zimmer vorbehalten werden, damit er, wenn er die Gespanschaft besucht, einige Zeit daselbst wohnen könne; 2) für den ersten Vicegespan, den Filial-Einnehmer und den Notar soll daselbst eine beständige Wohnung gerichtet werden, wobei zugleich das Archiv und die Kasse den nothwendigen Raum erhalten; 3) sollen für die Gefangenen zureichende und mit den unentbehrlichen Bequemlichkeiten versehene Kerker erbauet, aber darauf Bedacht genommen werden, daß beide Geschlechter von einander ganz abgesöndert seyn.

Posteriore tamen Regia Ordinatione id generatim dispositum, ut pars aedium Comitatensium in Magistratuum politicorum, pars vero alia in Ju-

Durch eine später erfolgte königl. Verordnung ist überhaupt verfügt worden, daß ein Theil des Gespanschaftshauses zum Gebrauche der politischen Magistrate, der an-

Judiciorum subalternorum usus converteretur.

Habitatio Judicum Nobilium, et Vicejudicum nulli loco affixa est, modo in Processu, Numeroque suo habitent.

Rescript. 21 *Dec.* 1786.

III. Instructio, qua singulorum in Comitatu Magistratualium munia explicantur, normaque, qua negotia in Comitatibus tractari debeant, praescribitur, anno 1787 typis excusa est. Eam nos Parte I. Normalium Constitutorum pro communi omnium notitia inseremus.

dere Theil den untergeordneten Gerichten gewidmet seyn soll.

Die Wohnung der Stuhlrichter und Vicestuhlrichter ist auf keinen besondern Ort beschränkt, woferne sie nur in ihrem Kreise und dessen Numer sich befindet.

III. Ein ausführlicher Unterricht, durch welchen die Amts-Verrichtungen aller Gespanschaftsbeamten erkläret, und die Regel vorgeschrieben wird, wie die Geschäfte behandelt werden müssen, ist im Jahre 1787 gedruckt worden. Wir werden diesen Unterricht im I. Theile der Normal-Sammlung zur allgemeinen Wissenschaft einschalten.

Caput V.

De Liberis, Regiisque Civitatibus.

§. 58.

Variae Civitatum species.

Loca, quae homines liberi, nulli servituti addicti, una in societate, unoque sub Magistratu viventes incolunt, et quae distinctis privilegiis, et exemtionibus provisa sunt, prout in aliis Provinciis, ita in Hungaria quoque Civitatum nomine veniunt.

Fünftes Hauptstück.

Von den königl. Freistädten.

§. 58.

Verschiedene Gattung der Städte.

Diejenigen Ortschaften, wo freie keiner Dienstbarkeit unterworfene Personen zusammen, in Gesellschaft, unter dem nähmlichen Magistrate leben, und die mit besonderen Freiheiten, und Begünstigungen versehen sind, werden wie in andern Ländern so auch in Ungarn mit dem Nahmen Freistädte belegt.

Ci-

Städ-

Civitates, quae Archiepiscopis, aut Episcopis parent, et sedem praebent, vocantur EPISCOPALES, uti sunt Colocsa, Agria, Magno-Varadinum, Sabaria &c. sed hae in legibus Hungariae commmuni vocabulo tantum *Oppida* compellantur.

Illae porro, quae in finitimis militaribus Provinciis capitales sunt, ac Praefecturis militaribus domicilium praebent, uti Bellovarinum, Petrinya, Gradisca &c. MILITARES nuncupantur.

Sunt praeterea nonnullae Civitates, quae mari Adriatico adjacent, quae, quia commercio maritimo destinatae sunt, uti Flumen, Buccaris, Segnia, Carolobagum &c. COMMERCIALES compellantur.

At LIBERAE, REGIAEQUE CIVITATES illae cognominantur, quae per speciale privilegium Regium a jurisdictione cujusvis Domini terrestris, ac maximam partem etiam Comitatus exemtae, praeter Principem nullum agnoscunt Dominum terrestrem. Unde communi vocabulo *Peculia Regia* compellari solent. Quibus accensendae sunt etiam MONTANAE Civitates, a fodinis, quae in territoriis earum, aut in vicinia reperiuntur, hoc nomen sortitae, quae iisdem privilegiis, quibus reliquae Civitates Liberae, Regiaeque, fruuntur. Atque de his solum nobis hoc loco sermo erit. Hae namque quartum in Hungaria Statum formant, solentque ad Comitia Regni ita,

Städte welche der Sitz eines Erzbischofs oder Bischofs und diesem unterthänig sind, heissen bischöfliche; dergleichen sind Colocza Erlau, Großwaradein, Stein-am-Anger ꝛc. aber solche werden in den ungarischen Gesetzen gewöhnlich nur Landstädte (Oppida) genannt.

Diejenigen Städte, welche in den militarischen Gränzbezirken liegen, und wo das Kommando, oder der sogenannte Staab sich befindet, wie z. B. Bellowar, Petrinia, Gradisca ꝛc. heissen Militarstädte.

Es gibt auch noch andere Städte, welche am adriatischen Meere liegen, und die, weil sie zum Handel geeignet sind, Handelsstädte genannt werden. Dergleichen sind Fiume, Buccari, Zeng, Karlopago ꝛc.

Aber königliche Freistädte werden diejenigen genannt, welche durch ein besonderes Privilegium des Königs von der Gerichtsbarkeit jeder andern Grundherrschaft und größtentheils auch der Gespanschaft befreiet worden sind, und ausser dem Landesfürsten keinen andern Grund-Herrn zu erkennen haben. Sie werden daher insgemein königliche Krongüter genannt. Ihnen können auch die Bergstädte beigezählet werden, welche diesen Nahmen von den Bergwerken haben die auf derselben Gebiete gefunden werden, und die nähmlichen Freiheiten, wie die übrigen Freistädte geniessen. Nur von diesen Freistädten ist hier die Rede; denn sie machen in Ungarn den viertern Stand aus, und pflegen, wie die drei übrigen Stände durch königliche Einladungsbriefe zu den Land-

ita, prout reliqui tres Status, per literas *Regales* evocari. Quaevis praeterea Civitas in concreto sumta jure nobilitari pollet.

§. 59.

Anterior Civitatum status.

Liberae, ac Regiae, nec non Montanae Civitates vi privilegiorum suorum omni tempore exemtae fuerunt a jurisdictione Comitatuum, excepto *limitationis rerum venalium* casu, id enim, quanti quaeque res in Civitate vendi debeat, determinandi jus Magistratibus Comitatuum lege delatum fuit.

Quaevis ergo Civitas proprium habuit Magistratum, cujus curae et directioni universa Res Politica, et Oeconomica Civitatis subjacebat. Causas quoque Civium tam Civiles, quam Criminales dirimendi potestas penes Magistratum civicum fuit.

Superior Civitatum directio dependebat a Consilio Regio Locumtenentiali in politicis, in oeconomicis vero a Camera Regia Hungarica Aulica, quae res cum multis difficultatibus obnoxia esse comperta fuisset, Mandato Regio jam anno 1783, atque adeo ante conjunctionem Camerae Hungaricae Aulicae cum Consilio Locumtenentiali universa Civitatum negotia, etiam oeconomica ad modo dictum

tagen berufen zu werden. Jede derselben im Ganzen genommen, hat die Adelrechte.

§. 59.

Vormahliger Zustand der königl. Freistädte.

Die königl. Freistädte waren in Kraft der ihnen verliehenen Vorrechte, zu allen Zeiten von der Gerichtsbarkeit der Gespanschaft ganz frei, ausgenommen in Bestimmung der Marktpreise, welche durch die Gesetze der Gespanschaft allein eingeräumt worden ist.

Jede Stadt hatte einen eigenen Magistrat, dessen Sorgfalt und Leitung die gesammten politischen und Wirthschaftsangelegenheiten derselben oblagen. Es war ihm auch die Macht eingeräumt, die Rechtshändel der Bürger in Civil- und Kriminalfällen zu schlichten.

Die oberste Leitung der königl. Frei- und Bergstädte hieng bisher in politischen Angelegenheiten von der Landesstelle, in Wirthschaftssachen aber von der ungarischen Hofkammer ab; weil aber mit dieser Einrichtung viele Schwierigkeiten verbunden waren, so sind durch eine königliche Verordnung schon im Jahr 1783, also noch bevor die Kammer der Landesstelle einverleibt worden ist, alle Staatsangelegenheiten, selbst Wirthschaftssachen, an eben gedachte Landes-

ctum Consilium translata sunt, atque ita Commissio etiam Politico-Cameralis, quae propter solas fere Civitates Posonii, ubi nempe eo tempore utrumque Dicasterium adhuc exstitit, cessavit.

Rescript. 24 *Octobris* 1783.

Causae porro Civium a Judicio Senatus in quibusdam Civitatibus ad FORUM PERSONALITIUM, sive ad personalis Praesentiae Regiae in Judiciis Locumtenentem: in aliis vero ad SEDEM TAVERNICALEM, quae quotannis Praeside Tavernicorum Regalium Magistro, assidentibus autem Civitatum delegatis Senatoribus, celebrari consuevit, appellabantur. Quamobrem priores REGALES, posteriores vero TAVERNICALES quandoque nominari consueverunt.

Si Rex in rebus politicis, aut oeconomicis quidpiam Civitatibus mandavit, Mandatum ejusmodi ad provinciale Dicasterium, inde vero ad Magistratus civicos dirigebatur. Contra autem Mandata juridica qualiacunque directe a Cancellaria Aulica ad Magistratus civicos dirigi, et expediri solebant.

Nec minus ordinariis Regni Judicibus, utpote Palatino, Judici Curiae Regiae, Bano in Regnis Croatiae, Dalmatiae, et Slavoniae, Tavernicorum Regalium Magistro, et personalis Praesentiae Regiae Locumtenenti leges auctoritatem tribuerunt, Mandata ju-

desstelle übertragen worden, und damit hat auch die politische- und kameral-Kommission ihr Ende erreicht, welche fast nur allein wegen der Städte, zu Presburg, (wo damahls auch noch die Landesstelle und Hofkammer sich befanden) bestanden hat.

In Rechtssachen beriefen sich die Bürger von dem Senatsgerichte aus einigen Städten zu dem Stuhle des Personals der königlichen persönlichen Gegenwart, aus anderen zu dem Tavernikalstuhl, welcher alljährlich, unter dem Vorsitze des königlichen Tavernikus, mit Beiziehung abgeordneter Stadträthe gehalten zu werden pflegte. Daher wurden manchmahl die ersteren die königlichen, die letzteren die Tavernikalstädte genannt.

Wenn der König in politischen oder Kammersachen den Städten etwas befahl, so wurde ein solcher Befehl an die Landesstelle, und von dieser an die Stadtmagistrate gesandt; aber Befehle in Rechtssachen wurden unmittelbar von der Hofkanzellei an die Stadtmagistrate ausgefertiget.

Die Landesgesetze haben auch den ordentlichen Richtern des Reichs, nähmlich dem Palatinus, dem obersten Landrichter, dem Banus von Kroazien, Dalmatien und Slavonien, dem königl. Tavernikus, und dem Personale die Macht verliehen, gerichtliche Befehle wie an die Gespanschaften, so

auch

juridica, uti ad Comitatus, ita ad Civitatum quoque Magistratus expediendi: quibus, si legitime emanarunt, quivis Judex obtemperare debuit, secus autem si vel legi contraria fuerunt, vel sinistrae Partium expositioni innitebantur, cum reverentia seponebantur, vel ad forum contradictorium relegabantur.

§. 60.

Hodiernus Civitatum status.

Posteaquam Regnum Hungariae in decem Tractus divisum, singulis Commissarius Regius ampla cum potestate praefectus, totidem praeterea Administrationes Camerales constitutae, in Comitatibus denique simplicior, planiorque tractandorum negotiorum methodus introducta est; illius etiam administrationis, quae hactenus in Liberis, Regiisque, et Montanis Civitatibus obtinebat, conversio suapte sequi debuit. Paucis, qui sequuntur, articulis rem complecti lubet.

I. Liberae, Regiaeque, uti et Montanae Civitates, hactenus a Comitatuum jurisdictione, et quovis, *demto limitationis casu*, eorum influxu immunes, jam distinctum aliquod corpus non formant. Quemadmodum *Processus* in Hungaria, aut *Circulus* in Transil-

auch an die Magistrate der Städte auszufertigen. Diesen Befehlen, wenn sie den Gesetzen gemäß befunden wurden, mußte jeder Richter sich fügen; widrigenfalls aber, wenn dieselbe entweder gegen die Gesetze sich verstießen, oder sich auf eine unstatthafte Angabe einer streitenden Partei gründeten, wurden sie mit Ehrfurcht zur Seite gesetzt, oder auf den Weg der Rechte verwiesen.

§. 60.

Gegenwärtiger Zustand der Städte.

Nachdem in dem Königreiche Ungarn der öffentlichen Verwaltung eine ganz andere Richtschnur gegeben, das Land in zehn Bezirke eingetheilt, jedem ein königlicher Kommissar mit ausgebreiteter Macht vorgesetzt, eben so viele Kameraladministratoren eingeführt, und endlich den Gespanschaften eine neue von der vorigen verschiedene Behandlungsart der Geschäfte vorgeschrieben worden ist, so mußte hieraus von sich selbst eine Aenderung der bisher in den königlichen Städten üblichen Verwaltung, und selbst zum Theil in derselben innern Verfassung erfolgen. Alle diese Veränderungen können in folgenden Absätzen zusammengefaßt werden.

I. Die königl. Frei- und Bergstädte, welche bisher von der Gerichtsbarkeit, und dem Einflusse der Gespanschaften in allen Fällen, die Bestimmung der Marktpreise allein ausgenommen, frei waren, sollen von nun an keinen abgesonderten Körper mehr ausmachen. Wie in Ungarn und Sieben-

bür-

silvania partem Comitatus efficit; ita Civitas quoque unaquaeque jam non ut totum, per se subsistens, sed ut pars Comitatus, in quo sita est, considerandа venit.

bürgen die Kreise, (oder dort sogenannten Prozesse) einen Theil der Gespanschaft ausmachen, eben so soll jede Stadt nicht mehr als ein für sich bestehendes Ganzes, sondern als ein Theil der Gespanschaft betrachtet werden.

Sicut igitur Comitatibus superiori cum potestate praesunt Commissarii Regii; ita in Civitates quoque par iis data potestas, et jurisdictio.

Wie daher die mit vorzüglicher Gewalt versehenen königl. Kommissare den Gespanschaften vorstehen, so ist ihnen auch in Ansehung der Städte, das nähmliche Ansehen, und die nähmliche Gewalt verliehen.

Porro quemadmodum in Comitatibus universa Bona Cameralia, et quidquid rem oeconomicam, cameralem, aut privatam etiam Oppidorum, specialibus privilegiis a quavis dominali potestate exemtorum, oeconomiam respicit, superiori directioni Administratorum Cameralium, in singulis Tractibus constitutorum, subjecta sunt; ita pariter tota res oeconomica Civitatum, quae ut peculia Regia considerantur, superiori eorum moderationi subjacet.

Imgleichen, wie in den Gespanschaften alle Kammergüter, und das Wirthschaftswesen, selbst von Privatortschaften, die durch besondere Freiheiten keiner Grundherrschaften unterworfen sind, unter der Leitung der in jedem Bezirke angestellten Kameraladministratoren stehen, so ist denselben auch die gesammte Wirthschaftssache der Städte, welche allzeit als ein königliches Eigenthum angesehen werden, anvertrauet.

Denique sicut nulli Judicum Nobilium, qui nempe non Comitatui integro, sed tantum parti, id est, Processui, aut Circulo praesunt, fas est, cum Consilio Locumtenentiali commercium literarum fovere, verum ii a Vicecomite in quibusvis publicis, et politicis negotiis, tanquam a proximo, et immediato suo Superiore dependent; ita inter Civitates quoque, et Consilium Locumtenentiale omni im-

Wie endlich die Stuhlrichter, da sie nicht der ganzen Gespanschaft, sondern nur einem Theil derselben vorstehen, nicht berechtiget sind, mit der Landesstelle Briefe zu wechseln, sondern in allen politischen Geschäften von dem Vizegespane, als ihrem nächsten und unmittelbaren Obern abhängen, so ist auch zwischen den Städten, und der Landesstelle die unmittelbare Verbindung und der schriftlichen Verkehr unterbrochen, und die Städte hängen von nun an in allen po-

mediato nexu, et correspondentia abrupta, eae jam deinceps quoad publica, et politica, nonnisi a Vicecomitum directione pendebunt.

litischen Angelegenheiten nur allein von der Leitung der Vizegespane ab.

Quae omnia cum jam tum, dum Commissarii Regii crearentur, definita, constitutaque fuissent *(prout e Rescripto de* 18 *Martii* 1785, *et Instructione Commissariorum Regiorum, Cameraliumque Administratorum patet)* nihilo tamen minus nonnisi per Rescriptum Regium die 21 Decembris anni 1786 constabilita, nec prius, quam prima mensis Martii, annique 1787 die in usum deducta sunt.

Diese Verfügungen, obwohl sie schon damahls getroffen worden sind, da die königl. Kommissare eingesetzt wurden, (wie aus dem Rescripte vom 18. März des J. 1785, und dem Amtsunterrichte der königl. Kommissare und der königl. Kameraladministratoren erhellet) wurden dennoch erst durch das königl. Rescript vom 21. Dezember des Jahrs 1786 festgesetzt, und sind nicht eher als mit dem ersten März des Jahrs 1787 in Wirklichkeit gekommen.

Lubet Intimatum Consilii Regii, quod ea de re ad universas Regni Hungariae, Partiumque adnexarum, Magni item Principatus Transilvaniae Liberas, Regiasque, uti et Montanas Civitates die 6 Februarii 1787 expeditum est, hoc loco inserere. Ejus sententia haec est:

Wir wollen hier die königl. Verordnung beifügen, welche über diese Sache an alle königl. Städte von Ungarn und Siebenbürgen unter dem 6. Febr. 1787 ergangen ist, und also lautet:

„ Placuit Suae Majestati clemen-
„ tissime constituere, ut omnes Libe-
„ rae, Regiaeque Civitates quoad po-
„ litica publica Comitatui, in cujus
„ ambitu sitae sunt, quoad oecono-
„ mica vero Regio Camerali Admini-
„ stratori subordinentur, ita, ut pro
„ futuro omnis hactenus consueta im-
„ mediata inter praefatas Civitates
„ Regias, et Consilium Locumtenen-
„ tiale Regium correspondentia ces-
„ sare debeat. — Ut tamen quaevis
„ con-

„ Es haben Se. Majestät allergnä-
„ digst zu beschliessen geruhet, daß alle kö-
„ nigl. Freistädte insgesammt in politischen
„ Angelegenheiten der Gespanschaft, zu wel-
„ cher sie gehören, in Wirthschaftssachen
„ aber dem königl. Kameraladministrator
„ untergeordnet seyn sollen, so daß in Hin-
„ kunft der bisher gewöhnliche unmittel-
„ bare Briefwechsel zwischen den Freistäd-
„ ten und der Landesstelle aufzuhören hat.
„ Um jedoch allen bei dem Anfange dieser
„ neuen Behandlungsart der städtischen Ge-
„ schäfte

„ confusiones, quae in principio novi
„ hujus rerum civilium tractandarum
„ ordinis, et manipulationis enasci
„ posſent, vitentur, sequentes *directi-*
„ *vae* Regulae observandae erunt:

„ 1) Pro uniformitate ubique
„ obtinenda prima dies proxime affu-
„ turi mensis Martii pro *termino prae-*
„ *clusi* constituitur, a qua die nova
„ *manipulatio* principium ubique su-
„ mere debeat.

„ 2) Ab hoc proinde termino,
„ sicut Regium Consilium Locumte-
„ nentiale nullas rem Civitatum con-
„ cernentes ordinationes ad Civitates,
„ verum ad Vicecomites in *politicis*, in
„ *oeconomicis* vero ad Camerales Ad-
„ ministratores diriget; ita Civitates
„ quoque in *politicis* tantum cum Vi-
„ cecomitibus, in *oeconomicis* vero
„ tantum cum Administratoribus Ca-
„ meralibus agere, et correspondere,
„ iisque diaria sua *(protocolla)* mit-
„ tere debebunt. „

Reliquis omissis.

„ 6) Hac ratione immediata in-
„ ter Liberas, Regiasque Civitates, et
„ Regium Consilium Locumtenentiale
„ correspondentia a prima Martii tan-
„ tum in extraordinariis, et admodum
„ urgentibus casibus, ubi nempe pe-
„ riculum in mora foret, subsistet:
„ quibus casibus evenientibus tam
„ Mandata ad Magistratus Civitatum
„ re-

„ schäfte möglichen Irrungen vorzubeugen
„ ist folgende Richtschnur zu beobachten:

1) „ Zur Erzielung einer allgemeinen
„ Gleichförmigkeit wird der erste des nächst-
„ kommenden Monaths März zum Zeit-
„ punkt bestimmt, an welchem die neue
„ Behandlungsart ihren Anfang zu nehmen
„ hat;

2) „ Daher werden von dieser Zeit an
„ von Seite der Landesstelle alle das städ-
„ tische Wesen betreffende Aufträge nicht
„ mehr an die Städte, sondern gerade theils
„ an die Vizegespane, theils an die königl.
„ Kameraladministratoren erlassen, und so
„ sollen auch an diese von Seite der Städ-
„ te die Briefe gerichtet, und die Protokol-
„ le eingesendet werden.

Mit Hinweglassung der hierauf folgen-
den hier überflüßigen Punkte heißt es weiter:

6) „ Diesemnach wird der unmittel-
„ bare schriftliche Verkehr zwischen der Lan-
„ desstelle, und den königl. ungarischen Frei-
„ städten vom 1. März an, nur in ausser-
„ ordentlichen und sehr dringenden Fällen,
„ wo Gefahr auf den Verzug hastete, zu
„ bestehen haben, in welchen Fällen auch sowohl
„ die Verfügungen der Landesstelle unmittel-
„ bar den Stadtmagistraten zugesendet, als

„ recta mittentur, quam etiam Infor-
„ mationes ab his immediate exi-
„ gentur. „

Budae 6 *Februarii* 1787.

II. Civitates Liberae, Regiaeque, et Montanae proprios, quemadmodum hactenus, ita in futurum quoque retinebunt Magistratus, quorum muneris erit, quaevis Civitatum negotia non politica solum, et oeconomica, sed judicialia quoque (demtis tamen criminalibus) curare, atque administrare. Atque ideo Regia voluntas est, ut ad munia Magistratualia tales deinceps deligantur, qui quibusvis negotiis, cujuscunque generis sint, id est, et politicis, et oeconomicis, et judicialibus obeundis pares sint.

Rescript. 21 *Dec.* 1786.

III. Quemadmodum in Comitatibus Vicecomitum, ita in Civitatibus Judicum perpetua (id est, quamdiu apti manserint) sunt munera. Ea tamen inter hos, et illos intercedit distinctio, quod Vicecomites per Commissarios Regios *via Consilii Regii* Principi proponantur, et ab hoc denominentur; contra autem Judices Civitatum denominandi, et constituendi plena, et absoluta potestas Commissariis Regiis attributa sit. Ita etiam Vicecomites citra consensum Regium muniis suis moveri non possunt: contra autem, si Judex Civitatis officii sui partes non expleat, eum munere privare, Commissario Regio integrum sit.

Rescript. 18 *Martii*, 14 *Nov.*, 15 *Dec.* 1785. *et* 21 *Dec.* 1786., *nec non Instructio Commissariorum Regiorum.*

„ auch von diesen unmittelbar Berichte wer-
„ den abgefordert werden. „

II. Die königl. Städte werden wie bisher, auch in Zukunft, eigene Magistrate haben, denen es obliegt alle Geschäfte der Stadt nicht nur in politischen und Wirthschaftssachen, sondern auch in gerichtlichen Fällen, (ausgenommen was Halsverbrechen betrifft) zu besorgen, und zu verwalten. Es ist daher der Wille des Monarchen, daß zu Magistratsämtern künftig nur solche Leute erwählt werden, welche fähig sind sich allen diesen Geschäften gehörig zu unterziehen.

III. Wie in den Gespanschaften die Aemter der Vizegespane, so ist auch in den Städten das Richteramt lebenslänglich, in so ferne derjenige, welcher es bekleidet, darzu tauglich ist. Zwischen beiden tritt jedoch der Unterschied ein, daß die Vizegespane durch die königliche Kommissare mittelst der Landesstelle, dem Landesfürsten vorgeschlagen, und durch diesen ernannt werden, im Gegentheile die Ernennung und Einsetzung der Stadtrichter mit voller und unbeschränkter Macht den königl. Kommissaren eingeräumet ist. Daher kann auch ein Vizegespan ohne Einwilligung des Königs seiner Stelle nicht entsetzet werden, hingegen, wenn ein Stadtrichter seiner Pflicht nicht genug thut, steht es dem königl. Kommissar vollkommen frei ihn abzudanken.

IV.

IV. Omnia reliqua in Civitatibus usitata munia dependent ab electione Civium, e reliqua Communitate delectorum, qui in aliis Civitatibus *electae Communitatis*, in aliis vero *centum, sexaginta*, aut *quadraginta Virorum*, prout diversa est consuetudo, nomine veniunt. Electio haec singulis, aut, sicut apud nonnullas Civitates usuvenit, binis quibuslibet annis fieri solebat, qui actus RESTAURATIO MAGISTRATUALIUM appellari solebat.

IV. Alle übrigen gewöhnlichen Stadtämter hängen von der freien Wahl derjenigen Bürger, die in einigen Städten der Bürgerausschuß, in andern aber die hundert, die sechzig oder vierzig Männer, nach Verschiedenheit des Herkommens, genennet werden. Eine solche Wahl pflegte bisher alle Jahre, oder alle zwei Jahre, je nachdem es ebenfalls hier oder dort hergebracht war, vorgenommen zu werden, und diese Handlung wurde die Magistratserneuerung genannt.

Qua tamen in re notandum venit:

1) Quoties, aut quando restauratio celebrari debeat, id determinandi jam nunc Commissariis Regiis plenam delatam esse potestatem. Itaque cessat hac ratione antiqua illa consuetudo, qua Mandata restauratoria a Cancellaria Regia Aulica statis temporibus peti, et per hanc ad Civitates expediri solebant.

Nunmehr hat es damit folgende Beschaffenheit:

1) Wie oft und wann diese Erneuerung gehalten werden soll, zu bestimmen, ist gänzlich den königl. Kommissaren überlassen, folglich hört die bisherige Gewohnheit auf, nach welcher die Landesstelle zu bestimmten Zeiten auf geschehenes Ansuchen der Städte, die Erneuerungsbefehle an dieselben auszufertigen pflegte.

2) Restauratione a Commissario Regio indicta, pro quovis munere tres per eum proponi Candidatos, qui tamen, an apti sint, prius examini subjici debent.

Rescript. 18 *Martii*, 14 *Nov.*, 15 *Dec.* 1785. *Item Instructio Commissariorum.*

2) Wann der königl. Kommissar die Wahl angesagt hat, so schlägt er für jedes Amt drei Kandidaten vor, die jedoch über ihre Amtsfähigkeit sich vorher müssen prüfen lassen.

V. Cum autem aliae aliis Civitatibus et extensione, et numero populi, et facultatibus praestent, facile intelligitur, fieri neutiquam posse, ut in cunctis Civitatibus idem Magistratualium

V. Da aber die Städte, in Ansehung der Grösse, der Volksmenge und des Wohlstandes unter einander sehr verschieden sind, so ergibt sich von selbst, daß in allen Städten nicht die gleiche Anzahl von Magistrats-

per-

lium Personarum numerus, eademque salaria obtineant. Idcirco Consilium Regium universas Civitates in quatuor classes dispescuit, ac juxta has numerum quoque Magistratualium, tum stipendia determinavit, quae res cum Augustissimo Imperatori proposita fuisset, visum est ei id stabilire, ut nova haec coordinatio in sequentibus solum Civitatibus, et quidem *in prima classe* Budae, Pestini, Posonii, Sopronii, Cassoviae, Szegedini, Debrecini, et Cremnicii; *in secunda* vero *classe* Tirnaviae, Jaurini, et Albae Regalis, tantisper, donec universale quoad regulationem omnium Civitatum systema defigi possit, introducatur.

Hac itaque ratione status personalis, et salarialis in praedictis primae classis Civitatibus sequenti modo constabilitus est, videlicet:

1	Judex cum annuis	600 fl.
	Consul cum	600 —
8	Senatores singuli	400 —
	Additamentum ad salarium Capitanei Civitatis	100 —
1	Notarius	500 —
1	Vicenotarius	300 —
2	Actuarii in Judicialibus sing.	300 —
1	Fiscalis	200 —
1	Rationum Exactor	400 —
1	Rationum Officialis	300 —
1	Cancellista	250 —
2	Cancellistae singuli	200 —
2	Accessistae singuli	150 —
2	Officii Famuli singuli	140 —

In

personen mit dem nähmlichen Gehalte bestehen kann. Diesemnach hat die Landesstelle sämmtliche Städte des Königreichs in vier Klassen abgesöndert, und nach diesem vierfachen Unterschiede die Anzahl der Magistratspersonen, und derselben Gehalt bestimmet. Als dieser Entwurf Sr. Maj. vorgelegt wurde, haben Se. Maj. beschlossen, daß diese neue Anordnung vorläufig, bis wegen Regulirung der Städte ein allgemeines System eingeführet werden kann, nur in folgenden Städten Statt haben soll: Von der ersten Klasse: zu Ofen, Pest, Presburg, Oedenburg, Kaschau, Szegedin, Debreczin und Kremnitz; von der zweiten, zu Tyrnau, Raab und Stuhlweissenburg.

Dieser allerhöchsten Entschliessung zu Folge ist der Personalstand und Gehalt des Magistrats in den Städten der ersten Klasse also festgesetzt worden:

Der Richter jährlich mit	600	Guld.
Ein Bürgermeister	600	—
Acht Rathsmänner, jeder	400	—
Der Stadthauptmann hat eine Zulage von	100	—
Ein Notar	500	—
Ein Vizenotar	300	—
Zwei Aktuare in Gerichtssachen, jeder	300	—
Ein Fiskal	200	—
Ein Buchhalter	400	—
Ein Rechnungsführer	300	—
Ein Kanzellist	250	—
Zwei andere, jeder	200	—
Zwei Accessisten, jeder	150	—
Zwei Amtsdiener, jeder	140	—

In

In aliis vero tribus Civitatibus ad secundam classem relatis:

1 Judex cum annuis	500	fl.
1 Consul cum	500	—
6 Senatores singuli	350	—
Additamentum ad salarium Capitanei Civitatis	70	—
1 Notarius	450	—
1 Vicenotarius	250	—
2 Actuarii in Judicialibus sing.	250	—
1 Fiscalis	150	—
1 Rationum Exactor	350	—
1 Exactoratus Cancellista	150	—
1 Cancellista	200	—
1 Cancellista	150	—
2 Accessistae singuli	120	—
2 Officii Famuli singuli	100	—

Reliquae quoque Civitates, quae ad primam, vel secundam classem positae sunt, regulabuntur, cum Consilium Regium, et Commissarii Regii ea de re ulteriorem deprom ent opinionem.

Quod porro ad Civitates, quae in tertia, et quarta classe collocatae sunt, attinet, mandavit Sua Majestas, ut hae relate ad personalem, et salarialem statum, in priori suo statu, donec nempe hodierna earum sors melior reddita fuerit, relinquantur, eo tamen adverti voluit, ut in his unus, alterve in Jure rite versatus Senator, ac idoneus Notarius applicentur, ac proinde ad integritatem Judicii in quavis Civitate minimum tria Individua, utpote Ju-

In den drei andern Städten der zweiten Klasse:

Ein Richter mit jährlich	500	—
Ein Bürgermeister	500	—
Sechs Rathsmänner, jeder	350	—
Des Stadthauptmanns Zulage	70	—
Ein Notar	450	—
Ein Vizenotar	250	—
Zwei Aktuare in Gerichtssachen, jeder	250	—
Ein Fiskal	150	—
Ein Buchhalter	350	—
Ein Rentschreiber	150	—
Ein Kanzellist	200	—
Ein anderer	150	—
Zwei Accessisten, jeder	120	—
Zwei Amtsdiener, jeder	100	—

Auch alle übrigen in die erste und zweite Klasse gesetzte Städte werden reguliret werden, sobald die Landesstelle und die königl. Kommissare ihr weiteres Gutachten darüber werden erstattet haben.

In Ansehung der in die dritte und vierte Klasse gesetzten Städte aber haben Se. Maj. befohlen, dieselben, was den Personal- und Salarialstand betrift, bis sie in besseres Aufnehmen kommen, auf dem bisherigen Fusse zu lassen, aber dahin den Bedacht zu nehmen, daß in jeder ein oder zwei in Rechten geübte Rathsmänner, und ein fähiger Notar angestellet werden, damit also zur Haltung eines Gerichts in jeder Stadt wenigstens drei Rechtserfahrne, der Richter nähmlich und zwei referirende

Raths-

Judex, et duo referentes Senatores adsint. Agenda autem, quae juxta novam in re judiciali manipulationis normam ſtatui ſubalterno incumbunt, in Civitatibus illis, quae in praeſens adhuc regulatae non sunt, Notariatus una cum Cancellariae Personali perficiat.

Rescript. 19 *Julii* 1787.

Rathsmänner vorhanden ſeyn. Die Geſchäfte aber, welche nach der neuen für ſämmtliche Gerichtsbehörden vorgeſchriebenen Amtsinſtruktion den untergebenen Aemtern obliegen, ſoll in den Städten, welche noch nicht regulirt worden ſind, der Notar mit dem ihm untergebenen Kanzelleiperſonale beſorgen.

Ex his ergo apparet, regulationi Civitatum necdum ſupremam impositam eſse manum, atque ideo, ubi id effectum fuerit, rem totam Lectorum oculis ſubjicere ſuo tempore haud intermittemus.

Aus dem angeführten erhellet, daß zur Regulirung der Städte noch nicht die letzte Hand angelegt worden iſt; ſobald es aber geſchehen ſeyn wird, ſo werden wir nicht unterlaſſen, die dießfalls getroffenen Einrichtungen dem Leſer vorzutragen.

VI. Ceterum, ne quid ad claritatem rei deeſse videatur, ſubjungimus elenchum, ex quo apparet, ad quam claſsem singulae Civitates ſpectatis facultatibus, populatione, aliisque circumſtantiis pertineant.

VI. Damit indeſſen nichts zur Deutlichkeit dieſes Gegenſtandes mangle, fügen wir hier das Verzeichniß bei, woraus zu erſehen iſt, zu welcher Klaſſe jede Stadt, in Rückſicht des Vermögenſtandes, der Volksmenge und anderer Umſtände gehöre.

Ad primam: Buda, Peſtinum, Debrecinum, Caſsovia, Cremnicium, Sopronium, Posonium, Schemnicium, Szegedinum.

Zur erſten: Ofen, Peſt, Debreczin, Kaſchau, Kremnitz, Oedenburg, Presburg, Schemnitz, und Szegedin.

Ad ſecundam: Eperiesinum, Neoplanta, Jaurinum, Alba Regalis, Maria-Theresiopolis, Temesvarinum, Tirnavia, Zomborinum.

Zur zweiten: Eperies, Neuſatz, Raab, Stuhlweiſſenburg, Maria Thereſiaſtadt, Temeswar, Tyrnau und Zombor.

Ad tertiam: Zagrabia, Bartfa, Quinque-Ecclesiae, Ginsium, Strigonium, Carloſtadium, Kesmarkinum, Comaromium, Leutsovia, Nagy-Banya, Neosolium, Szatmarinum, Szakolcza, Trencsinium, Varasdinum.

Zur dritten: Agram, Bartfeld, Fünfkirchen, Gins, Gran, Karlſtadt, Käsmark, Komorn, Leutſchau, Neuſtadt, Neuſohl, Szathmar, Skalitz, Trentſchin, und Warasdin.

Zur

Ad quartam: Veterosolium, Basinium, Breznobanya, Belabanya, Kismartonium, Carpona, Regiomontum, Capronczа, Crisium, Libetha, Modra, Posega, Ruſtum, S. Georgius, Cibinium minus, Bakabanya.

VII. Praeter Civitates Liberas, Regiasque ſunt in Hungaria quaepiam Oppida privilegiata, in Transilvania vero *Taxalia*, quae peculiaribus donata privilegiis, nulli Dominorum terreſtrium ſubjecta, proprio Magiſtratu rite formato inſtructa, praeter nomen, omnia Liberarum, Regiarumque Civitatum jura, immunitates, et praerogativas retinent. Quidquid de Liberis, Regiisque Civitatibus dictum eſt, id ad similia etiam Oppida referendum eſse, monitos volumus benevolos Lectores.

Rescript. 19 *Julii* 1787.

Zur vierten: Altſohl, Bösing, Brieß, Dillu, Eiſenſtadt, Karpfen, Königsberg, Kopreinitz, Kreutz, Libethen, Modern, Poſſega, Rußt, St. Geörg, Zeben und Puganz.

VII. Nebſt den königl. Freiſtädten gibt es in Ungarn noch privilegirte, und in Siebenbürgen ſogenannte Taxalſtädte, die, ohne einem Grundherrn anzugehören, einen eigenen ordentlichen Magiſtrat, auch beſondere Vorrechte, und auſſer dem Nahmen mit den königl. Freiſtädten alles gemein haben. Was daher von dieſen geſagt worden iſt, muß auch von jenen verſtanden werden.

Caput VI.

De Diſtrictibus Militaribus.

Praeter Comitatus, et Liberas, Regiasque Civitates, de quibus hactenus actum eſt, ſunt complures in Regno Hungariae, Partibusque adnexis Diſtrictus, qui tanquam ſeparata quaepiam corpora considerabantur hactenus, et etiam nunc considerari ſolent.

Sechſtes Hauptſtück.

Von den Militargränzbezirken.

Auſſer den Geſpanſchaften und königl. Freiſtädten, wovon bisher iſt gehandelt worden, befinden ſich in Ungarn und den dazu gehörigen Provinzen verſchiedene Bezirke, die bisher als ganz abgeſönderte Theile angeſehen wurden, und noch anzuſehen ſind.

Separati hujusmodi Districtus variis causis originem suam debent. Alii nempe ob *rationem publicae securitatis;* alii causa *commercii;* alii propter *Fodinas;* alii denique ex peculiari quodam *privilegio* aut penitus a jurisdictione Comitatuum exemti sunt, aut certe aliam, quam quae communiter usuvenit, administrationis normam in parte, vel in toto acceperunt. De singulis generalem aliquam sciagraphiam isthic proponere operae pretium fore existimo, ne videlicet ulla Regni pars supersit, quam, qui se publicis negotiis addixerit, ignoret.

Initium ergo facimus ab illis Districtibus, qui propter salutem Reipublicae, securitatemque Regni a reliquo publicae administrationis corpore avulsi sunt: ad quam classem CONFINIA referenda sunt.

§. 61.

De Confiniis in genere.

Postquam Turcae, subverso Imperio orientali, amplissimisque, quae ad Regnum olim Hungariae spectabant, Provinciis, Bulgaria, Bosnia, Servia, Dalmatia &c. aut penitus, aut magna ex parte subjugatis, jam in ipsa Hungariae viscera saevire coeperunt: tristis experientia docuit Hungaros, quam periculosum sit, limitaneas Provincias absque sufficiente *nationali milite*, qui pro

Solche sind aus verschiedenen Ursachen entstanden, einige sind nähmlich wegen der öffentlichen Sicherheit, andere wegen des Handels, wieder andere wegen der darin befindlichen Bergwerke, und endlich einige durch besondere Begünstigungen, von der Gerichtsbarkeit der Gespanschaften entweder gänzlich befreiet worden, oder haben doch eine von der allgemeinen Verwaltung ganz oder zum Theil verschiedene Behandlungsart erhalten. Von jedem dieser Freibezirke soll hier ein kurzer Umriß folgen, damit denjenigen, welche sich den Staatsgeschäften dieses Reichs widmen, kein Theil desselben unbekannt bleibe.

Der Anfang soll mit denjenigen Bezirken gemacht werden, welche zum Schutz und zur Sicherheit des Staates von der allgemeinen Landesverwaltung abgesöndert sind, und darunter werden die Militargränzbezirke gemeinet.

§. 61.

Von den Militargränzbezirken überhaupt.

Als die Osmanischen Türken, nachdem sie das Oestliche Reich der Römer sich unterworfen, und die ehedem zu Ungarn gehörigen Länder Bulgarien, Servien, Bosnien, Dalmazien ꝛc. entweder ganz oder zum Theil unterjocht hatten, nun auch schon in das Innere von Ungarn einzudringen anfiengen, belehrte eine traurige Erfahrung die Ungarische Nazion, wie gefährlich es ist, die Gränzbezirke ohne eine zureichende zum

Schu-

pro salute Patriae constanter excubet, relinquere.

Hinc, licet prisca jam aetate solenne iis fuerit, eas partes, quae hostilibus incursionibus expositae esent, subditis a servitute dominali emancipatis, norma militari sub *Capitaneis, Vajvodis, Banisque* tractare; post diras tamen Turcarum incursiones, id longe majori cum accuratione factum est. Itaque incolae in confiniis Regni habitantes disciplinae militari ita subjecti sunt, ut eadem manu, qua aratrum agerent, arma etiam versantes reliquae Regni parti contra incursiones hostium tuendae pares efficerentur. Ita enata sunt diversa confinia, quae jam versus limites promovebantur, jam versus meditullium trahebantur; prout nempe Turcae vel propinquiores Regni partes, vel remotiores occuparunt. Inde originem traxerunt Confinia *Danubiana, Tibiscana, Marusiana, Savana, Murana, Croatica*, plurimaque alia, quorum frequens in Historiis, ac in ipso etiam Legum Patriarum Codice, occurrit mentio.

At Turca victricibus Leopoldi Imperatoris, ac Regis armis tota Hungaria depulso, Carolo VI., ac Maria Theresia regnantibus, omnia, quae intra Regnum Hungariae constiterunt, confinia progressu temporis sublata sunt, in-

Schutze des Vaterlandes beständig auf den Beinen befindliche Nazionalmiliz zu lassen.

Obschon es auch bereits in ältern Zeiten gewöhnlich war, in denjenigen Ländereien, die den feindlichen Anfällen mehr ausgesetzt waren, die Unterthanen von der Dienstbarkeit der Grundherren loszusprechen, dieselben unter den Befehlen von Kapitänen, Woiwoden und Bans auf Militarfusse zu behandeln, so geschah dieses nach den grausamen Einfällen der Türken noch mit grösserer Sorgfalt. Es wurden demnach die Einwohner der Gränzbezirke in der Kriegskunst geübet, daß sie mit der nähmlichen Hand, womit sie den Pflug treiben, auch die Waffen zu gebrauchen fähig seyn, und das Reich gegen feindliche Anfälle beständig schützen mögen. Auf solche Weise sind verschiedene sogenannte Gränzbezirke entstanden, die bald weiter vorwärts an die Gränze, bald weiter zurück in die Mitte des Landes gerückt wurden, je nachdem die Türken entfernetere oder nähere Theile des Reichs in Besitz genommen haben. So entstanden die Gränzbezirke an der Donau, der Theisse, der Maros, der Save, der Mur, die Kroatischen und viele andere, davon in der Geschichte und selbst auch in den Gesetzen des Vaterlandes oftmahlige Erwähnung geschieht.

Aber nachdem durch die siegreichen Waffen K. K. Leopolds die Türken aus ganz Ungarn vertrieben worden sind, so wurden unter der Regierung K. K. Karls VI. und der K. K. Maria Theresia alle innerhalb Ungarn bestehende Gränzbezirke

incolis jurisdictioni Comitatuum postliminio in parte, vel in toto subjectis.

§. 62.

Hodierni Confiniorum limites.

Militia itaque nationalis *Confiniaria* dicta, in limitibus Regni jam subsistens, eos omnes terrarum tractus occupat, qui Turcis, partem Croatiae, Bosniam, Serviam, Valachiam, et Moldaviam etiam nunc tenentibus, objiciuntur. Initium nempe sumunt Confinia inde a mari Adriatico, longoque terrarum tractu per Croatiam, Slavoniam, tractumque Temesiensem, et Transilvaniam usque ad limites Poloniae protenduntur.

I. Primum omnium occurrit Confinium CARLOSTADIENSE, quod sub nomine Generalatus Carlostadiensis notum est. Initium illud sumit in ipso adeo litore maris Adriatici, atque ad flumen usque Colapim protensum in quatuor Provincias, quas *Legiones* vocamus, quippe Licanam, Otocanam, Ogulinam, et Sluinensem dividitur. Caput totius Regionis fuit antea *Carlostadium*, quae Urbs, cum speciali emporio gaudeat, sitque quasi janua ad maritimum Regni Hungariae commercium, anno 1777, imperante Maria Theresia, in numerum Liberarum, Regiarumque Civitatum relata est. Praefecturae ceteroquin Legionum harum sunt Gospicii, Otocani, Ogulini, et Carlostadii.

nach und nach aufgehoben, und die Einwohner der Gerichtsbarkeit der Gespanschaftschaften wieder ganz, oder zum Theil unterworfen.

§. 62.

Gegenwärtige Gränzbezirke.

Die nunmehrigen Nazionalgränztruppen haben diejenigen Ländereien in Besitz, die an den türkischen Gränzen gegen Kroazien, Bosnien, Servien, die Wallachey und Moldau liegen; sie fangen nähmlich bei dem Adriatischen Meere an, und erstrecken sich in einer langen Reihe durch Kroazien, Slavonien, das bisher sogenannte Temeswarer Banat und Siebenbürgen, bis an die Gränzen von Polen.

I. Zuerst kömmt hiebei der Karlstädter Gränzbezirk vor, der unter dem Nahmen Karlstädter Generalat bekannt ist. Dieses fängt gerade am Gestade des Adriatischen Meeres an, und streckt sich bis an die Kulpe. Es wird in vier Kreise, oder sogenannte Regimenter, nahmentlich: das Likaner, das Ottochaner, das Oguliner und das Szluiner, eingetheilt. Die Hauptstadt dieses ganzen Gränzbezirkes war vormals Karlstadt; da diese aber eine Handelsstadt, und gleichsam das Thor des Ungarischen Seehandels ist, so wurde sie unter der Regierung der Kais. Kön. Maria Theresia, im J. 1777, in die Zahl der kön. Freistädte erhoben. Der Stab gedachter vier Regimenter ist zu Gospitsch, Ottotschatz, Ogulin und zu Karlstadt.

II. Carlostadiensi militari Regioni Orientem versus CONFINIUM BANALE, fluviis Colapi, Savo, atque Unnae adsitum, finitimum est. Dispescitur autem in duas Legiones, *primam*, et *secundam*, quarum prima sedem praebet militari Praefecturae in Oppido Glina, posterior vero in militari Civitate Petrinya, quae totius Provinciae caput est.

II. Zunächst an dem Karlstädter Gränzbezirke oswärts liegt an der Kulpe, Save und Unne der Banal-Gränzbezirk. Dieser wird in zwei Regimenter abgetheilt, das erste und zweite; von jenem ist der Stab zu Glina, von diesem zu Petrinia, der Hauptstadt des ganzen Bezirkes.

III. Huic conterminum est CONFINIUM VARASDINENSE a Savo usque ad Dravum inter Regna Croatiae et Slavoniae procurrens. Hoc unum est Confinium, quod in praesens limites Turciae nulla ex parte attingit, ea tantum de causa conservatum, quod fortis, et invicta populi hanc Regionem incolentis virtus omni tempore emicuerit. Hic quoque binae sunt Provinciae, seu Legiones, alia *Crisiensis*, alia *Sancti Georgii*, utriusque tamen Praefecturae locum praebet Bellovarinum, Urbs militaris, quae sub Maria Theresia e denso luco, ad eam, quam nunc videre est, assurexit molem. Atque haec tria Confinia in Regno Croatiae sita sunt.

III. An diesen stoßt der Warasdiner Gränzbezirk, der von der Save bis zur Drave zwischen Kroazien und Slavonien liegt. Dieser Militarbezirk ist der einzige, der gegenwärtig auf keiner Seite an die Türkischen Gränzen stosset, und nur allein aus der Ursache noch beibehalten wird, weil die Tapferkeit seiner muthvollen und stets siegreichen Einwohner sich zu allen Zeiten ausgezeichnet hat. Hier sind auch zwei Abtheilungen, oder Regimenter, eines das Kreuzer, das andere das St. Georger genannt. Der Stab von beiden ist zu Bellovar, einer Militarstadt, welche unter Marien Theresien aus einem dichten Walde zu ihrer nunmehrigen Grösse empor gekommen ist. Dieses sind also die Gränzbezirke von Kroazien.

IV. Prout Croatiae finitimum est Regnum Slavoniae, ita quoque CONFINIUM SLAVONICUM ibi initium sumit, ubi Banale, ac parte aliqua Varasdinense desinit, continuaturque in sinistra Savi ripa usque *Zemlinum*, Urbem militarem Belgrado oppositam; inde vero versus Occidentem penes Istrum usque ad Praesidium Petrovaradiense por-

IV. Wie Kroazien an Slavonien gränzt, so fängt auch der Slavonische Gränzbezirk dort an, wo der Banal- und zum Theil der Warasdiner Gränzbezirk sich endiget, und läuft an dem linken Ufer der Save bis Semlin, einer Militarstadt, gegenüber von Belgrad, fort; dann aber wendet sich derselbe westwerts gegen die Donau, und reicht bis zur Festung von Peterwardein.

Die-

porrigitur. In tres Legiones divisum est hoc Confinium, Gradiscanam nempe, Brodensem, et Petrovaradiensem. Praefecturae vero Legionum constitutae sunt *Neogradiscae*, *Vinkovicii*, et *Mitrovicii*. Inter celebriores militares Urbes numerantur, praeter memoratas, *Petrovaradinum*, *Carlovicium*, ubi est sedes Archiepiscopi, ac Metropolitae omnium in Regno Hungariae, Partibusque adnexis incolarum, Orientali Ecclesiae addictorum, a Romana Sede disjunctorum, tum *Brodium*, ac tandem *Vetus Gradisca*.

Huc referenda est exigua illa Provincia militaris, quae in angulo illo, quem Danubius, et Tibiscus, antequam ad Oppidum Salankamen confluant, formant, sita est, ex aliquot solum Oppidis, quorum praecipuum est Titulium, consistens. Incolae hujus Tractus *Csajkistae*, a Slavica voce *Saika* (navis) sic dicti, aut *Nassadistae* vocantur, propterea quod non terra, sed in navibus ut plurimum depugnare soleant. Unde rei nauticae a prima aetate incumbunt, ac non modo bellicas naves dirigere, sed exercitia etiam militaria in navibus, et in aqua peragere sciunt.

V. Dextram Danubii ripam inde a Belgrado Serviae Regnum obtinet: in opposita proinde Temesiensis Provinciae, seu Banatus ripa positum est Confinium Banaticum duabus Legionibus constans, quippe Germanico-Illyrica, et Valachico-Illyrica, porrigit-

Dieser Gränzbezirk ist in drei Regimenter eingetheilt, das Gradiskaner, das Broder und das Peterwardeiner. Der Stab von diesen Regimentern hat seinen Sitz zu Neugradiska, Winkowicz und Mitrowicz. In die Zahl der merkwürdigeren Militarstädte gehören, nebst den schon genannten: Peterwardein, Karlowicz, wo der Erzbischof und Metropolit aller in dem gesammten Reiche wohnenden Einwohner, die der nichtunirten Griechischen Kirche zugethan sind, seinen Sitz hat, ferner Brody, und endlich Altgradiska.

Hieher gehöret auch der kleine Militarbezirk, welcher in dem Winkel liegt, den die Theisse und die Donau bilden, wo sie bei Salankemen zusammenfliessen, und welcher aus einigen Flecken bestehet, unter denen Titel der vornehmste ist. Die Bewohner dieses Bezirks heissen Csajkisten, von dem Illyrischen Worte Saika, welches ein Schiff bedeutet, weil sie nähmlich nicht zu Lande, sondern meistens in Schiffen zu streiten pflegen. Daher üben sie sich von ihrer ersten Jugend an in Schiffsachen, und können nicht nur die Kriegsfahrzeuge auf Flüssen leiten, sondern auch die Kriegsübungen in Schiffen sowohl, als im Wasser vornehmen.

V. An dem rechten Ufer der Donau, bei Belgrad angefangen, liegt Servien: das entgegengesetzte Ufer gehört zu dem bisher sogenannten Temeswarer Banat, und hier ist der Banatische Gränzbezirk, der aus zwei Regimentern besteht, nähmlich dem Deutsch-Illyrischen und dem Wallachisch-Illyrischen

gitque se usque ad Transilvaniam. In Oppido *Meadia* Praefectura militaris Legionis Valachico-Illyricae, prout in Oppido Pancsova Germanico-Illyricae domicilium obtinet; Oppidum autem *Weiskirchen*, utriusque Legionis supremo Ductori (*Brigaderio*) praebet hospitium.

VI. Sequuntur tandem CONFINIA TRANSILVANIAE. Qua parte Magnus hic Principatus Valachiam respicit, duabus defenditur Legionibus, *Prima* nempe *Valachica*, et *Secunda*: Praefecturae unius, et alterius in Oppidis *Orlath*, et *Naszad* constitutae sunt. Qua vero parte Moldaviam attingit, Natio Siculica a virtute militari omni aevo inclita pro salute Patriae excubat, quae in duas Legiones pedestris ordinis PRIMAM nempe, et SECUNDAM; unamque equestris ordinis dispescitur. Prior occupat Sedes Siculicas *Gyergyó*, superiorem, et inferiorem *Csik*, et *Kaszon*: Praefecturae vero locus est Oppidum *Csik-Szereda*; at posterior Sedes *Szepsi*, *Kezdi*, et *Orbány*, quarum Praefectura in Oppido *Vásárhely* est, comprehendit. Equestris per omnes dispersa est: Oppido *Szepsi Szent György* Praefecturae domicilium praebente.

§. 63.

Supremae Praefecturae Militares.

Cuivis Confiniorum, quae memoravimus, Maria Theresia regnante, Su-

schen, und bis an die Gränze von Siebenbürgen sich erstrecket. In dem Marktflecken Mehadia liegt der Stab der Wallachisch-Illyrischen, so wie in dem Marktflecken Pancsowa des Deutsch-Illyrischen Regimentes. In der Militarstadt Weißkirchen endlich wohnt der Brigadier beider Regimenter.

VI. Folgen nun die Siebenbürgischen Gränzbezirke. An der Seite, wo dieses Großfürstenthum an die Wallachei stoßt, wird es durch zwei Regimenter geschützt, das erste Wallachische und das zweite, wovon der Stab in den Dörfern Orlath und Naßat liegt; dort aber, wo es mit der Moldau gränzt, wachet die zu allen Zeiten durch ihre Tapferkeit berühmte Szekler Nazion, für die Sicherheit des Vaterlandes. Sie besteht aus zwei Regimentern zu Fuß, das erste und das zweite genannt, und noch aus einem dritten zu Pferde. Das erste bewohnt die Szeklerstühle Gyergyo, Ober- und Unter-Csik und Kaszon, und der Stab liegt in dem Flecken Csik-Szereda; das zweite die Stühle Sepsi, Keszdi und Orbany, und hat den Stab in dem Flecken Vasarhely. Das Reiterregiment ist allenthalben unter den vorigen vertheilt. Der Stab desselben aber ist zu Szepsi Szent György.

§. 63.

Von dem Generalkommando.

Jedem Gränzbezirke, wovon wir gehandelt haben, stand unter der Regierung Mar. The-

Supremа Armorum Praefectura praefuit. Ea, quae Carloſtadiensi Confinio imperitavit, ſedem nacta eſt Carloſtadii, Varasdinensis Bellovarini, Slavonica Eſsekini, Banatica Temesvarini, Transilvanica Cibinii, Banalis vero velut dignitati Bani Croatiae, Dalmatiae, et Slavoniae antea ſemper adnexa, jam Varasdini, jam Zagrabiae, prout nempe Banus uno, vel in alio loco ſedem cepit.

At Imperator ſublatis in Regno Croatiae primum quidem Varasdinensi, et Banali, dein vero etiam Carloſtadiensi unicam pro tribus his Confiniis anno 1786 Zagrabiae conſtituit ſupremam Armorum Praefecturam. Illam vero, quae antea Eſsekini fuit, cunctasque Slavoniae Legiones confiniarias, prout et Cohortem navalem Tibiscanam moderabatur, Petrovaradinum transferri juſsit, adjecto eidem etiam Banatico, ſeu Temesiensi Confinio. Atque ideo ſuprema Armorum Praefectura Temesiensis pariter ceſsavit. At in Transilvania nulla hac in parte mutatio interceſsit.

Provinciae itaque militares, sive nationales limitaneae nulla ratione a ſuprema Armorum Praefectura Budensi dependent. Hujus enim jurisdictio tantum ad campeſtrem per Comitatus, et Civitates dispersam militiam, totamque Regni Hungariae rem militarem, ſeclusa, uti dictum eſt, confiniaria, ſe extendit.

Thereſiens ein Generalkommando vor. Dasjenige, welches dem Karlſtädter Gränzbezirke vorgeſetzt war, erhielt ſeinen Sitz zu Karlſtadt, das Warasdiner zu Bellovar, das Slavoniſche zu Eſſek, das Banatiſche zu Temeswar, das Siebenbürgiſche zu Hermanſtadt, das Banalkommando aber, da es ſtets mit der Würde des Banus von Kroazien, Dalmazien und Slavonien verbunden war, befand ſich bald zu Warasdin, bald zu Agram, je nachdem der Banus in einer, oder der andern dieſer Städte ſich aufhielt.

Aber der Kaiſer hat in Kroazien zuerſt das Warasdiner und Banal- dann auch das Karlſtädter beſondere Generalkommando aufgehoben, und für alle dieſe drei Gränzbezirke zu Agram im J. 1786 ein allgemeines Generalkommando errichtet. Dasjenige Generalkommando aber, welches bisher zu Eſſek war, und über alle Slavoniſchen Gränzregimenter, ſo wie das Eſaikiſtenkorps an der Theiſſe, das Kommando hatte, haben Se. Majeſtät nach Peterwardein verſetzt, nachdem auch die Banatiſchen Gränzbezirke demſelben untergeordnet worden ſind. Auf ſolche Art hat das Temeswarer Generalkommando ebenfalls aufgehört; nur in Siebenbürgen iſt keine Veränderung vorgegangen.

Dieſe Militärländereien hängen nur von den gedachten Kommandi, und keineswegs von dem Generalkommando zu Ofen ab; denn dieſes hat allein die Aufſicht über die Feldtruppen, welche in den Geſpänſchaften und Städten vertheilet ſind, und alles, was ſonſt in dem Königreiche, mit Ausnahme der Gränzbezirke, das Militarweſen betrifft.

At suprema Armorum Praefectura Transilvanica tam in confiniariam, quam etiam in campestrem militiam, quae in Magno Principatu stativa tenet, potestatem exercet.

§. 64.

Politica, et oeconomica Confiniorum Administratio anterior, et hodierna.

Quemadmodum in militaribus, ita in politicis, publicis, et oeconomicis suprema negotiorum directio quoad Confinia a Consilio Aulae Bellico Vindobonae constituto dependet.

Huic proxime subjiciuntur supremae Armorum Praefecturae, quae tanquam Dicasteria provincialia considerandae sunt. Hae Mandata quaevis a Consilio Aulae Bellico accipiunt: et dein ad Praefectos Legionum dimittunt. His superior directio quorumvis non militarium solum, sed politicorum etiam, et oeconomicorum negotiorum, prout Consilio Regio Locumtenentiali, ratione Comitatuum, et Civitatum habita, concredita est.

Quodvis Confinium, quod cum Districtu Regiorum Commissariorum apte comparari potest, e duabus, tribus, aut pluribus Provinciis, sive Legionibus, quae instar Comitatuum considerandae sunt, compositum est. Cuivis praeterea Legioni (quemadmodum Comitatibus Vicecomes) praeter Generalem

In Siebenbürgen aber übt das zu Hermannstadt befindliche Generalkommando sowohl über die Gränztruppen als die Feldtruppen gleiche Gewalt aus.

§. 64.

Ehemahlige und jetzige politische und ökonomische Verwaltung der Gränzbezirke.

Die oberste Leitung der Gränzbezirke in Militarsachen sowohl als in politischen und wirthschaftlichen Angelegenheiten hängt von dem zu **Wien** errichteten Hofkriegsrathe ab.

Diesem sind die Generalkommandi, welche wie Provinzialbehörden betrachtet werden können, unmittelbar untergeordnet. Sie erhalten nähmlich die Befehle des Hofkriegsrathes, und erlassen dieselben an die Regimentsvorsteher, und ihnen ist auch sowohl die Leitung der Militarsachen, als aller politischen und wirthschaftlichen Geschäfte eben so anvertrauet, wie der Landesstelle die nähmlichen Angelegenheiten in den Gespanschaften und Städten.

Jeder Gränzbezirk, den man mit einem Kommissionsbezirke vergleichen könnte, besteht aus 2, 3, und mehreren Theilen oder Regimentern, die wieder wie Gespanschaften betrachtet werden können. Wie jeder von diesen ein Vizegespan vorsteht, so ist jedem Regimente, ausser dem Generalen ein Oberster vorgesetzt, dem noch verschiede-

Tribunus praeeſt, penes quem adsunt alii quoque tam ſuperiores (*ſtabales*) quam inferiores nonnulli Officiales militares, tum Auditor, Syndicus, pluresque alii, quorum ſinguli ſibi propria habent munia.

ne andere Stabs- und Oberoffiziere, wie auch ein Auditor, ein Syndikus ꝛc. beigegeben ſind, die jeder ihre beſondere Verrichtungen haben.

Quaevis deinde Legio in minores partes, quae Centuriae (*Compagniae*) vocantur, divisa eſt, quarum ſingulis praeeſt Centurio in nobiliori aliquo ſuae Cohortis loco, quemadmodum Judex Nobilium in ſuo Proceſsu, fixum habens domicilium.

Jedes Regiment iſt wieder in kleinere Theile, ſogenannte Kompagnien, abgeſondert. Jeder ſteht ein Hauptmann vor, der (wie Stuhlrichter in ihren Prozeſſen) in einem der Orte ſeiner Hauptmannſchaft eine ſtete Wohnung hat.

Reliqui minores Officiales utpote Locumtenentes, et Vexilliferi in Pagis ſeorsim habitant, prout in Comitatibus Vicejudices Nobilium, et antehac *Juraſsores*, qui Populum ſui Pagi, aut plurium Pagorum moderantur.

Die übrigen Offiziere, die Lieutenante und Fähnriche wohnen jeder beſonders in den Dorfſchaften, (wie in den Geſpanſchaften die Vizeſtuhlrichter, und vor dem die geſchwornen Beiſitzer) und leiten das Volk ihres Dorfes oder mehrerer Dorfſchaften in den öffentlichen Angelegenheiten.

Haec regiminis forma in Confiniis usque ad annum 1787 ſubſtitit, quo memorabilis illa Auguſtiſsimi Imperatoris edita eſt Conſtitutio, ut negotia militaria a politicis, et oeconomicis deinceps plene ſepararentur, et a diſtinctis Magiſtratibus pertractarentur.

Dieſe Geſtalt hatte die Verwaltung der Gränzbezirke bis zu dem Jahre 1787, da die merkwürdige Verordnung erſchien, wodurch Se. Maj. die Militargeſchäfte von politiſchen und Wirthſchaftsangelegenheiten gänzlich abſönderten, und dieſe ſo wie jene einer beſonderen Behörde unterordneten.

Quaevis nempe Legio confiniaria dividitur in Cohortes (Feldbatallion), et in Circulos (Cantons). Prior divisio tantum Militarem, poſterior tantum politicam, et oeconomicam adminiſtrationem respicit.

Jedes Gränzregiment wird nähmlich in Anſehung des Militarweſens in ſogenannte Feldbataillone, und in Rückſicht auf die politiſche und wirthſchaftliche Verwaltung des Bezirks, in Kantone eingetheilt.

Cohortes a propriis suis Praefectis, et Propraefectis militaribus, prout apud omnes alias campestres Legiones, reguntur, ita ut his, rebus solum militaribus, hisque affinibus intentis, se se in res politicas, atque oeconomicas nulla prorsus ratione, neque ullo sub obtentu immittere fas sit.

Erstere werden durch ihre Offiziere eben so verwaltet, wie es bei allen Feldregimentern geschieht, wo diese nur mit dem Militarwesen, und was davon unzertrennlich ist, sich abgeben, und haben sich daher mit politischen und ökonomischen Geschäften des Bezirks auf keine Weise, und unter keinem Vorwande mehr zu bemengen.

Contra autem singulis Legionis Circulis unus de superioris ordinis Praefectis militaribus, tanquam Circuli Moderator praeest, cui nulla ratione integrum est, se se in res proprie militares quacunque ratione ingerere. Ejus curae, administrationi, atque directioni omnia politica, publica, et oeconomica Circuli negotia, haud secus atque in Comitatu Vicecomiti subsunt. Ut adeo nova haec regiminis forma non jam militaris, sed potius civilis haberi debeat.

Aber jedem Kantone ist ein Stabsoffizier als Kantonskommandant vorgesetzt; diesem ist eben so wenig erlaubt sich in die eigentlich militarischen Geschäfte zu mischen; dagegen aber sind seiner Sorgfalt, Verwaltung und Leitung alle öffentlichen, politischen und wirthschaftlichen Angelegenheiten des Kantons eben so anvertraut, wie den Vizegespanen in den Gespanschaften, daher diese Verwaltung nicht mehr für militarisch, sondern vielmehr für bürgerlich zu halten ist.

Ita igitur in Provinciis, sive Legionibus militaribus juxta novissimam Augustissimi Imperatoris Constitutionem inter militarem, et politicam rerum administrationem limites positi, perfectaque inter hanc, et illam separatio stabilita.

Solchemnach sind in den Militarprovinzen durch des Kaisers neueste Entschliessung zwischen der Militar- und politischen Verwaltung die Gränzen bestimmt, und eine vollkommene Absönderung gemacht worden.

At vero tam unius, quam alterius jurisdictionis superior directio a suprema Armorum Praefectura: haec vero, quemadmodum apud nos Dicasterium Provinciale a Cancellaria Regia Aulica, a supremo Aulae Consilio Bellico, uti supra dictum est, dependet.

Die oberste Leitung des Militarsaches sowohl als des bürgerlichen hängt dennoch von dem Generalkommando, wie bisher ab, dieses aber bleibt dem Hofkriegsrathe eben so untergeordnet, wie die Landesstellen es der Hofkanzellei sind.

§. 65.

Res Judicialis in Confiniis.

Qualis hactenus in Confiniis rei judicialis norma? quae ratio appellationis? quae Fora fuerint? ne Lectorem moremur, silentio praetermittimus. Ea solum in medium producemus, quae Augustissimus Imperator novissime eam in rem constituit.

In quavis itaque Legione, et quidem in loco, ubi Praefectura militaris (*Stabus*) est, manet, ut antehac, Judicium Legionis, sive Auditoriatus, in quo velut primae Instantiae Foro quaevis lites successionum, damnorum, injuriarum, dehonestationum, et aliae quaecunque agendae sunt. Tribunali huic unus e superioribus Officialibus praesidet, Auditore, vel Syndico, aut utroque, aliisque nonnullis militaribus etiam inferioris ordinis Praefectis assidentibus.

Praeter Judicium Legionis, cujus nunc mentionem fecimus, constituta fuere jam antehac in Transilvania, et Slavonia Judicia Militaria Delegata illi hominum classi, qui neque militari cuipiam Communitati, neque Legionis Foro subsunt, destinata. Bina haec Judicia Delegata, quibus haud ita pridem tertium in Regno Croatiae accessit, ultro quoque tanquam Fora primae Instantiae confirmata sunt.

In

§. 65.

Die Rechtssachen in den Gränzbezirken.

Welche Gerichtsordnung bisher in den Gränzbezirken üblich war, was daselbst für Gerichte bestanden haben, und wie der Rechtszug ging, wird hier übergangen, um den Leser mit diesem Gegenstande nicht unnöthigerweise zu verweilen; wir schreiten gleich auf die neuesten Anordnungen, so Se. Maj. in diesem Fache gemacht haben:

Bei jedem Regimente also, und zwar da, wo der Stab liegt, bleibt wie vorher, das Regimentsgericht oder sogenannte Auditoriat als erster Gerichtsstand, wo Klagen und Streitigkeiten wegen Erbfolgen, Schaden, Unbilden, Beleidigungen u. d. gl. anhängig gemacht werden. Diesem Gerichte sieht einer von den Stabsoffizieren vor, und wohnen nebst einigen Offizieren, der Auditor oder der Syndikus, oder der eine und der andere bei.

Ausser dem eben erwähnten Regimentsgerichte waren zwei delegirte Militargerichte, eines nähmlich in Siebenbürgen, ein anderes in Slavonien, denen diejenige Klassen von Menschen unterworfen ist, die weder unter einer Militargemeinde, noch unter der Gerichtsbarkeit des Regiments stehen. Diese Gerichte sind in der Eigenschaft erste Behörden bestätiget, und mit einem dritten von der nähmlichen Art, vermehret worden, das nun in Kroazien bestehet.

An

In quovis loco, ubi suprema Armorum Praefectura domicilium habet, TRIBUNAL APPELLATIONIS MILITARE institutum est, ad quod causae tam civiles, quam etiam criminales a Foris primae Instantiae, id est, a Judiciis Legionum, et a Judiciis Delegatis per appellationem deducuntur, ibique revidentur.

An jedem Orte des Generalkommando ist auch ein militarisches Appellationsgericht eingeführet worden, zu welchem sowohl Civil- als Kriminalprozesse von den ersten Gerichtsständen, nähmlich dem Auditoriate, und dem delegirten Gerichte durch Appellation gelangen, und hier revidiret werden.

Si utriusque Judicii sententia congruat, ulterior appellatio haud admittitur: sin discrepet, parti laesae liberum est ad Consilium Aulae Bellicum tamquam SUPREMUM JUSTITIAE TRIBUNAL recursum facere. Inde autem ulterior appellatio locum jam non habet.

Wenn der Urtheilsspruch beider Gerichte übereinstimmet, wird keine weitere Appellation zugelassen; wenn er aber verschieden ausfällt, so steht es der sachfälligen Partei frei sich an den Hofkriegsrath, als oberste Gerichtsbehörde, zu wenden. Von da aber hat keine weitere Berufung mehr statt.

Regium Constitutum ea, quae hocce capite recensuimus, complectens, 27 *Febr.* 1787 cum Tabula Septemvirali communicatum, et hac disponente toto Regno promulgatum est.

Die königl. Verordnung wegen dieser Verfügungen ist unter dem 27. Febr. 1787 der Ungarischen Landesstelle mitgetheilt, und durch diese allgemein bekannt gemacht worden.

Haec sunt, quae de rebus militaribus summis quasi digitis attingenda esse existimavi, propterea, quod Concives meos, cum Statu militari quotidianum fere commercium habentes, haec ignorare non debere arbitrabar, quo sic, ubi primum se se insinuare, et quo ordine rem suam promovere debeant, necessitate postulante cognitum habeant.

So viel glaubte ich hier von der Einrichtung der Militarbezirke im Kurzen darum anführen zu müssen, damit diejenigen meiner Landesleute, welche mit dem Militarstande fast täglich Verkehr haben, daraus in vorkommenden Fällen abnehmen mögen, wo sie zuerst sich melden, und wie sie ihre Sachen betreiben müssen.

Caput VII.

De Districtibus ex ratione commercii separatis.

Tractus Litoralis a Civitate Fluminensi Segniam usque ad octo circiter milliaria Germanica protensus, *Litorale Hungaricum* vocatur, et tanquam separatum quoddam corpus, quod, quia mari Adriatico alluitur, natura ipsa ad commercium maritimum destinavit, spectatur.

§. 66.

Priscus status litoralis.

Jam regnantibus Colomano, Ludovico I. et Mathia Corvino Hungariae Regibus, commercium in Portubus Hungaricis cum exteris Nationibus factum, et Principibus illis cordi fuisse, e minime dubiis Historiae testimoniis palam fit. Jam in Privilegio, quod Colomanus Tragurinis anno 1108 concesserat, vectigalium mercibus exteris in Hungariae portus invectis impositorum, ut Lucius Libro III. Cap. IV. narrat, mentio fit. Rex autem Ludovicus I., quo regnante Hungaria maximam amplitudinem attigit, tuendi commercii causa in insulis maris Adriatici supremum Praetorem navalem,

Siebentes Hauptstück.

Von dem Seebezirke.

Diejenige Landstrecke, welche von Fiume an bis Zeng, ungefähr 8 deutsche Meilen lang, an dem Adriatischen Meere sich hinzieht, wird das Ungarische Meergestade genannt, und auch als ein abgesonderter Körper betrachtet, der, weil er von der See bespült ist, durch die Natur selbst zur Handlung bestimmt wurde.

§. 66.

Ehmahliger Zustand des Seebezirks.

Daß schon unter den Königen Koloman, Ludwig I. und Mathias Korvinus in den Häfen des Ungarischen Meergestades mit fremden Völkerschaften Handelsverkehr getrieben worden ist, der die Aufmerksamkeit dieser Fürsten beschäftiget hat, erhellet aus unläugbaren Zeugnissen, welche die Geschichte darbietet: Schon in dem Gnadenbriefe, welchen König Koloman den Tragurinern im Jahr 1108 ertheilte, geschieht der Zölle Erwähnung, welche auf die fremden in den ungarischen Häfen eingehenden Waaren gelegt wurden, und Ludwig I., unter dessen Regierung das Königreich die ansehnlichste Erweiterung erhalten hatte, bestellte zum Schutz der Seehandlung auf den

Ju-

lem, quem ipse in literis ad eum datis Amiratum (*Admiralem*) nominat, classemque Regiam habuit, ut idem Lucius Libro VI. Cap. II. refert. Sed socordia Uladislai Regis, imbecillitateque Ludovici II. Hungaria, quae ad apicem felicitatis sub prioribus Regibus provecta fuit, tristissimo casu prope ad interitum deducta est. Clades Mohacsiana, factiones Optimatum, defectiones maritimarum Civitatum, Venetorum in vindicanda sibi Dalmatia molimina, Turcarum ad ipsa Hungariae praecordia irruptiones, subsequutae deinde aliquot seculorum civiles turbae, continuaque bella extera Hungariam perdiderunt, et commercium, quod sub Ludovico I. et Mathia Corvino jam efflorescere coepit, penitus suffocarunt.

Inseln des adriatischen Meeres einen eigenen obersten Vorsteher der Schiffahrt, welcher in den an ihn gefertigten Briefen Admiral heißt, und unterhielt eine königl. Flotte. Aber durch die Saumseligkeit Wladislaws, und die Schwäche Ludwigs II. ist Ungarn, da es unter den vorigen Königen in Grösse und Ansehen den höchsten Gipfel erreicht hatte, auf die betrübteste Weise seinem Untergange nahe gebracht worden. Die Niederlage bei Mohacs, die Parteisucht der Grossen, der Abfall der Seestädte, das Bestreben der Venezianer Dalmazien an sich zu reissen, die Einfälle der Türken bis in das Innere von Ungarn, die hieraus erfolgten und durch einige Jahrhunderte fortwährenden inneren Gährungen, und die mit den Auswärtigen geführten Kriege haben ganz Ungarn zu Grunde gerichtet, und auch den unter Ludwig I. und Mathias Corvinus aufgeglommenen Funken des Seehandels gänzlich erstickt.

Sed divino Numine factum est, ut Carolus VI. felicissimae memoriae Imperator, et Rex, bellis exteris feliciter compositis, paceque et tranquillitate Hungariae restituta, primas statim regiminis curas ad mare Adriaticum converteret, quo uno remedio Hungariam ad felicitatem deduci posse, Rex sapientissimus cognovit. Immensis itaque sumtibus profusis Portum Regium (*Porto Rè*), quem natura integrae classi recipiendae idoneum formavit, e fundamentis struere adgressus est, viamque solidissimam quae hodiedum exstat, et in perpetuam conditoris sui memoriam *Carolina* voca-

Aber K. K. Karl VI. seel. Andenkens, sobald er die auswärtigen Kriege glücklich geendiget, und in Ungarn Frieden und Ruhe hergestellt hatte, wandte die größte Sorgfalt seiner Regierung dem adriatischen Meere zu, durch dessen Benützung der weise Monarch wohl einsah, daß Ungarn allein zum Wohlstand geleitet werden könne. Er sparte daher keine Kosten um den Königshafen (Porto-Rè) welchen die Natur fähig gemacht hatte, eine ganze Flotte aufzunehmen, von Grunde aus aufs herrlichste zu erbauen, und brachte die bewunderungswürdige Strasse zu Stande, die von Karlstadt nach Fiume über die höchsten Gebürge, über Felsen und Thäler, durch eine

Strecke

catur, Caroloſtadio usque ad mare per inacceſsos montes, et valles ſpatio quasi 16 milliarium deduxit. Sed optimo hoc, et pro Hungariae prosperitate nimium praecoci morte erepto Imperatore, et Rege, ſubsequutoque ſucceſsionis bello, magna de inſtaurando commercio Hungarico consilia pariter interierunt.

§. 67.

Status Districtus Maritimi ſub Maria Theresia.

Poſteaquam autem gravi ſucceſsionis bello feliciter composito, alma pax Domui Auſtriacae reſtituta eſt, Maria Theresia magni ſui Genitoris veſtigiis inſiſtens, Regiam ſuam ſollicitudinem inprimis eo convertit, ut commercium maritimum ad florem perduceret. Eum in finem jam anno 1746 Vindobonae peculiare Dicaſterium, cui CAESAREO-REGII COMMERCIALIS COLLEGII nomen datum, conſtituit, ejusdemque directioni Litorale hoc una cum maritimis Civitatibus Tergeſto, Flumine, Segnia, et Carlobago ſubjecit. Ab eo tempore universus hic terrarum tractus, tanquam ſeparata quaepiam Provincia habitus, et a Dicaſterio Provinciali Tergeſti inſtituto, *Intendenza* dicto, quod a Vindobonensi Commercii Collegio Aulico dependebat, gubernatus eſt.

At poſtquam Auguſtiſsimus Imperator JOSEPHUS II. a Magna Matre in par-

Strecke von 16 Meilen hinführt, und zum ewigen Andenken ihres Urhebers die Karlsſtraſſe genannt wird. Da aber dieſer gute für Ungarns Glück gebohrne Landesfürſt durch einen zu frühzeitigen Tod der Welt entriſſen wurde, und dann der Erbfolgekrieg entſtand, ſo gingen dadurch auch deſſen groſſe Abſichten zur Beförderung des ungariſchen Handels zu Grunde.

§. 67.

Zuſtand des Seebezirks unter Maria Thereſia.

Nachdem aber der Erbfolgekrieg glücklich geendiget, und ein ſegenvoller Friede dem Hauſe Oeſterreich wieder verliehen war, fieng Maria Thereſia gleich an in die Fußſtapfen ihres groſſen Vaters wieder einzuſchreiten, und ihre Sorgfalt auf das Gedeihen des Seehandels zu verwenden. Zu dem Ende wurde ſchon im Jahre 1746 zu Wien eine beſondere Hofſtelle unter der Benennung eines K. K. Hofkommerzienraths errichtet, und demſelben das ganze Seegeſtade mit den Seeſtädten Trieſt, Fiume, Zeng und Carlopago untergeordnet. Und von dieſer Zeit an wurde dieſe ganze Landſtrecke als eine beſondere Provinz angeſehen, und durch eine Provinzialſtelle verwaltet, die zu Trieſt unter dem Nahmen Intendenza errichtet war, und von dem Wiener Kommerzienrath abhieng.

Als aber K. K. Joſeph II., nachdem er durch ſeine groſſe Mutter zu den Ver-

wal-

partem curarum ut *Corregens* vocatus fuisset, partesque maritimas iterato peragrando, suis ipse oculis omnia diligenter perlustrasset, totam commercii illius coordinationem ita constitutam esse, ut non tam publicae felicitati, sed potius privatarum familiarum, quae nomine *Tergestinae Societatis* in mutuum consortium collata magna pecuniarum vi coaluerunt, quaestui servire, et omne illud commercium nonnisi monopolium esse perspexit. Itaque Augusta Imperatrice de statu rerum edocta, anno 1776 tam Collegium Commerciale Vindobonense, quam Tergestinum Dicasterium *Intendenza* sublata, universum Litorale in partes tres divisum, et adjacentibus Provinciis adjectum est. Hac proinde ratione Tergestum, tanquam Portus liber cum adsita regione Provinciis Germanicis: Flumen cum maritima Urbe Buccari, Portu item Regio, totoque Tractu Vinodolensi finitimae Croatiae, Regnoque Hungariae: Segnia denique, et Carlobagum Carlostadiensi Confinio adplicata sunt.

waltungsgeschäften als Mitregent berufen worden war, die Seegegenden durch öftere Reisen genau kennen lernte, so bemerkten Se. Maj. gar bald, daß die ganze Einrichtung des dortigen Handels nicht so sehr auf die allgemeine Wohlfart, als allein auf den Vortheil einiger Familien abzwecke, welche durch gemeinschaftliche Zusammenlegung beträchtlicher Geldsummen die sogenannte Triester Handelsgesellschaft ausmachten, und daß der ganze Handel nichts als ein Monopol sei. Daher ist im J. 1776 sowohl zu Wien der Kommerzienrath, als zu Triest die Intendenza aufgehoben, und für die Zukunft beschlossen worden, den ganzen Seebezirk in drei Theile zu theilen, und jeden der zunächst benachbarten Provinz einzuverleiben. Dieser Richtschnur zufolge ist Triest als ein Freihafen, mit dem dazu gehörigen Gebiethe, den österreichischen Provinzen, Fiume, mit der Seestadt Buccari, mit Portore und dem ganzen Vinodolerbezirke mit dem Königreiche Kroazien und Ungarn, Zeng, endlich nebst Carolopago dem Karlstädter Militargränzbezirke zugetheilt worden.

Eum in finem pro Germanicis Provinciis *Tergesti:* pro Hungaricis vero, Partibusque ei adnexis *Flumine* Gubernium constitutum; directio autem commercii *Segniensis* supremae Armorum Praefecturae Carlostadiensi commissa est.

Dem zu Folge ist für die österreichischen Provinzen zu Triest, für das Königreich Ungarn, und die dazu gehörigen Länder zu Fiume, ein besonderes Gubernium errichtet, die oberste Leitung des Zenger Handels aber dem Karlstädter Generalkommando überlassen worden.

Quinta die Septembris anni 1777 singulari Mariae Theresiae immortalis memoriae Principis, ejusque Filii Jo-

Es war am 5. September vom J. 1777, als der Grundstein zu dem Gebäude der Wohlfart gelegt wurde, wovon schon

SEPHI II. jam nunc Regis Apostolici beneficentia novum felicitatis, quae in universum Hungariae Regnum affatim promanat, jactum est fundamentum. E subductis certe calculis patet, cum 12 annis prius nullae, aut certe adeo paucae merces, ut vix hoc nomine censeri mereantur, ex Hungaria ad exteras Provincias evectae fuerint: jam nunc valorem mercium intra anni unius spatium per hos Portus exportatarum ad duos et dimidium milliones ascendere.

jetzt Ungarn beträchtliche Vortheile zieht. Gewißlich wenigstens erhellet aus den Rechnungen, daß da noch vor 12 Jahren durch die ungarischen Seeplätze gar keine Waare aus Ungarn nach fremden Staaten geführt wurde, nunmehr schon der Werth der aus Ungarn durch diese Seehäfen ausgehenden Waaren alljährlich zwei und eine halbe Million übersteigt.

§. 68.

Status Districtus Maritimi sub Josepho II.

Augustissimus Imperator, et Rex JOSEPHUS II. conscius alioquin, et laborum socius, nihil eorum, quae a Magna sua Matre in commercio Hungarico instaurando feliciter sancita sunt, immutavit; quin imo jam primo regiminis sui anno, quantopere ea res animo insideat, palam fecit; ex eo vero tempore tanto studio, tantaque contentione in perficiendis, quae animo concepit, consiliis suis progreditur, ut, ni adversa quaepiam fata magnis conatibus obstiterint, si unquam, nunc certe commercium Hungaricum caput elaturum sperare liceat.

Prae omnibus autem aliis in iis, sine quibus commercium subsistere nullatenus potest, constituendis, recte-

§. 68.

Zustand des Seebezirks unter K. K. Joseph II.

Da alles, was unter der seel. Kaiserinn, in Ansehung des ungarischen Handels, vorgenommen worden war, ohnehin größtentheils mit Sr. Maj. des Kaisers Vorwissen und Mitwirkung geschehen ist, so haben Se. Maj., als sie zur Regierung kamen, nichts abgeändert, aber schon in dem ersten Jahre Ihrer Regierung an Tag gelegt, wie wichtig Sr. Maj. dieser Gegenstand scheine. Und seit dieser Zeit betreiben Allerhöchstdieselben Ihre dießfalls gefaßten heilsamen Entschliessungen mit so viel Sorgfalt und Eifer, daß wenn nicht widrige Schicksale sich entgegen setzen, der Ungarische Handel gegenwärtig mehr als jemahls zu gedeihen sich versprechen darf.

Vor allem suchen Se. Maj. dasjenige vorzukehren, was allein den Handel in gehörigen Gang setzen kann, und haben aus

die-

que

que ordinandis desudat. Quamobrem vias publicas commerciales omni ex parte aut novas duci, aut veteres instaurari, fluvios navigabiles reddi, ripas repurgari, canales duci, flumina quantumvis rapacissima, Danubium, Dravum, Savum, Muram, aliaque pontibus jam navalibus, jam subliciis sterni jussit, idque identidem missis ad Dicasteria Provincialia, Comitatusque Mandatis etiam nunc adurget. Quae cum jam per se magna sunt, tum illud sane maximum, quod, prout Magnus ejus Avus, Carolus VI. viam commercialem Carlostadio versus Flumen, Carolinam dictam, deduxit, ita ipse quoque aliam aeque difficilem, pro augendo commercio maritimo, viam, quae in perennem conditoris sui memoriam *Josephina* vocatur, Carlostadio usque ad Portum Segniensem perfractis rupibus, coercitis fluminibus, superatis feliciter, quae undique, sed praesertim in praerupto monte *Capella* conatibus obstabant, difficultatibus deduxerit, et tantum opus intra paucos regiminis sui annos perfecerit. Praeterea ab Urbe Maritima Segnia usque ad Oppidum *Novi* mari aeque adjacens, tum per alpes Pecsienses ad sinistram viae Carolinae partem assurgentes ad Portum Regium vias amplissimas, saxis, et rupibus immenso labore perruptis, et coaequatis, transducendas suscepit, quarum priori suprema jam manus imposita, posteriori vero haud ita multo post imponendam dubium non est. Quid commemorem ingentis sane moliminis opus, quo via com-

dieser Ursache insbesondere befohlen, daß die Handelsstrassen aller Orten hergestellt oder neu angelegt, die Flüsse schiffbar gemacht, die Ufer gereiniget und Kanäle gezogen werden. Gleichermassen sind auf den reissendesten Ströhmen, der Donau, Drave, Save, Mur, und anderen Flüssen, die bequemsten Schiff- oder Jochbrücken erbauet worden, und täglich dringen Se. Maj. durch die an die Länderstellen und Gespanschaften erlassene Befehle auf die Beförderung dieser Arbeiten. So viel schon dieses alles ist, so that Joseph II. auch noch weit mehr: Gleichwie sein ruhmvoller Großvater Karl VI. eine Handelsstrasse von Karlstadt nach Fiume anlegte, welche die Karoline heißt, so hat auch unser erhabener Kaiser zum Behufe des Handels eine Strasse von Karlstadt nach Zeng geführet, die zum ewigen Andenken ihres Urhebers die Josephine genannt wird. Und diese wichtige Arbeit, welche nicht weniger mühsam, als die vorige war, da unzählige Felsen gesprengt, Flüsse abgeleitet, und grosse Schwierigkeiten, die sich allenthalben, besonders auf dem steilen Capellaberge entgegen setzten, überwunden werden mußten, haben Se. Maj. in wenig Jahren Ihrer Regierung zu Stand gebracht! Hierauf hat dieser Regent sowohl von Zeng aus bis nach der ebenfalls an dem Seeufer liegenden Stadt Novi als über das Pecser Gebirge links von der Karoline, gegen Portore, neue sehr ansehnliche Strassen anzulegen, und zu dem Ende Berge und Felsen durchzubrechen, und abzutragen befohlen. Die erste dieser Strassen ist der Vollendung schon nahe, und die zweite wird ohne Zweifel ehestens unternommen werden. Hier muß auch der wichtigen Arbeit erwäh-

commercialis, inde a Regno Galiciae per inacceſsos antea montes Carpaticos ad Danubium usque, hinc vero usque ad fines Comitatus Szaladiensis deducitur, atque iſthic duos in ramos abit, quorum uno per Regnum Croatiae Flumen, alio vero per Stiriam, et Carnioliam Tergeſtum itur.

net werden, wodurch eine Handelsſtraſſe von Galizien an über die bisher unwegſamen Karpatiſchen Gebirge bis an die Donau, von da aber bis an die Gränze der Szalader-Geſpanſchaft geführt wird, wo ſich dieſelbe in zwei Aeſte theilet, und einerſeits durch Kroazien bis Fiume, andererſeits durch Steyermark und Krain bis Trieſt führet.

§. 69.

Politica, et oeconomica Diſtrictus Maritimi conſtitutio.

Litorale itaque Hungaricum ſeparatam quamdam Provinciam efficiens, atque a jurisdictione tam Commiſsarii Regii Zagrabiensis, quam etiam Comitatus plene exemtum, Gubernatori Fluminensi, tanquam Capiti quoad omnes publicae administrationis partes ſubjectum eſt, qui a Consilio Locumtenentiali Regio, velut dirigente Dicaſterio Provinciali dependet.

Is ut negotiis tam politicis, quam cameralibus tanto facilius fungi poſsit, adjunctos sibi habet Aſseſsores Referentes quatuor, Secretarios duos, Protocolliſtam unum, aliaque inferiora officia. Eidem pariter Director conſtructionis navium, Geometra, Interpres Turcicus, Miniſtri item in re ſanitatis conſtituti, ac diversi alii, qui in Portubus rite formatis eſse ſolent, Officiales ſubsunt.

§. 69.

Von der politiſchen und ökonomiſchen Einrichtung des Seebezirkes.

Der ungariſche Seebezirk, da er gleichſam eine einzige Provinz ausmacht, iſt ſowohl von der Gerichtsbarkeit des königl. Agramerbezirkeskommiſſar, als auch der Geſpanſchaft gänzlich ausgeſchloſſen, und allein dem Guverneur von Fiume in allen Theilen der öffentlichen Verwaltung untergeordnet; dieſer aber hängt von der Ungariſchen Landesſtelle ab.

Damit er die politiſchen und Kammergeſchäfte um ſo zweckmäßiger verſehen könne, ſind ihm vier Beiſitzer, zwei Sekretare, ein Protokolliſt, und andere mindere Beamten zugegeben. Unter ihm ſtehen der Schiffsbaudirektor, der Erdmeſſer, ein türkiſcher Dolmetſch, die Geſundheitsräthe, und mehr andere Perſonen, welche bei gut geordneten Seehäfen gewöhnlich ſind.

Singulis septimanis consessus celebrantur, in quibus negotia politica, oeconomica, remque commercii tangentia more in Dicasteriis recepto pertractantur, in protocolla referuntur, expediunturque. Hinc mandata ad inferiores Magistratus diriguntur, relationes autem, et informationes, quoties necesum, ad Consilium Locumtenentiale Regium mittuntur.

§. 70.

Constitutio Judicialis Districtus Maritimi.

Antehac tam in Civitate Fluminensi, quam etiam Buccari Tribunal primae Instantiae in causis mercantilibus, cambialibus, et consulatus maris constitutum, et utrumque ex uno Praeside, et quatuor Assessoribus, quorum duo e numero Jurisperitorum, duo vero e gremio Negotiatorum deligendi erant, compositum fuit, quibus Actuarius unus, et duo jurejurando obstricti Proxenetae, vulgo *Sensales* dicti, additi sunt. Sed juxta postremam de 30 Novembris 1786 Constitutionem, sublato Buccarensi, unicum pro futuro Flumine, pro utroque Portu tam Fluminensi, quam Buccarensi, primae Instantiae Forum pro causis mercantilibus, cambialibus, et consulatus maris stabilitum est.

In hocce Tribunali quaelibet causae, quae e rebus commercii quacunque ratione promanant, aut ubi Partium

Allwochentlich wird eine Sitzung gehalten, wobei alle politischen, ökonomischen und Handelsgeschäfte nach der in Aemtern üblichen Weise abgehandelt, Protokolle verfaßt, und die Ausfertigungen gemacht werden. Von hier ergehen die Befehle an die untergeordneten Magistrate, und werden Berichte und Auskünfte, so oft sie verlangt werden, an die Landesstelle gesandt.

§. 70.

Von der Gerichtseinrichtung des Seebezirkes.

Sowohl in der Stadt Fiume als auch zu Buccari war ein erster Gerichtsstand in Handels-Wechsel- und Consulat-Sachen. Diese Gerichtsstellen in beiden Städten bestanden aus einem Presidenten und vier Beisitzern, wovon allzeit zwei aus der Zahl der Rechtsgelehrten, und die zwei andern aus dem Mittel des Handelsstandes waren. Es waren ihnen ein Aktuar und zwei beeidete sogenannte Wechselsensalen beigegeben; aber nach Sr. Maj. hierüber unter dem 30. November 1786 erlassenen Entschliessung, ist das Gericht von Buccari aufgehoben, und für beide Häfen nur das von Fiume beibehalten worden.

Bei diesem Gerichte werden alle Rechtshändel anhängig gemacht, die auf was immer für eine Art das Handelswesen zum

Ge-

tium aliqua se se judicio cambiali hujus Tribunalis expresse subjiceret, quamvis ceteroquin ordinario juris ordine alteri cuicunque Foro, sive ratione personae, seu rei sitae subjacere deberet, agendae sunt.

Quodsi autem Pars convicta sententiae Tribunalis non acquiesceret, integrum illi est, ad Gubernatorem, tanquam Judicium revisorium, appellare: qui proinde causas taliter appellatas cum Assessoribus, quorum paulo ante meminimus, duobus insuper Negotiatoribus, si causa mercantilis tractanda sit, adhibitis, revidet. Hae porro causae ejus sunt naturae, ut ulterior appellatio ordinarie non admittatur.

§. 71.

Civitates Fluminensis, Buccarensis, et Districtus Vinodolensis.

Ut hodierna Civitatis Fluminensis, Buccarensis, Tractusque Vinodolensis constitutio intelligatur, e quibus in praesens Litorale Hungaricum componitur, sciendum praeprimis est, quisnam eorum status usque ad praesentem annum fuerit.

Civitas Fluminensis jam inde ab antiquissimis temporibus norma quadam aristocratica, prout pleraeque in Italia Civitates, regebatur. Totum Civitatis corpus in duos coetus divisum fuit, quorum unum Patricii ex an-

Gegenstand haben, oder wobei ein Theil sich ausdrücklich dem Wechselgerichte unterwirft, wenn auch übrigens die Sache in dem ordentlichen Wege des Rechts, in Ansehung des Gegenstandes oder der Person, vor einen andern Gerichtshof gehörte.

Wenn aber die sachfällige Partei mit dem Urtheile nicht zufrieden ist, so steht es ihr frei an den Gouverneur, als das Revisionsgericht, sich zu wenden, der dann dergleichen Streitsachen mit seinen Beisitzern, von welchen oben die Meldung geschah, und wenn es um eine Handelssache zu thun ist, mit Zuziehung zweier Handelsleute revidiret. Uebrigens aber sind diese Prozesse von der Art, daß eine weitere Appellation ordentlicher Weise nicht statt findet.

§. 71.

Von den Seestädten Fiume und Buccari, wie auch dem Vinodolerbezirke.

Um die gegenwärtige Verfassung der Städte Fiume und Buccari und des Vinodolerbezirkes, woraus nun das Ungarische Seegebiet besteht, kennen zu lernen, muß man vorher wissen, welche Beschaffenheit es bis zum gegenwärtigen Jahre damit gehabt hat.

Die Stadt Fiume wurde von den ältesten Zeiten her, wie die meisten Städte in Italien, gewissermassen nach aristokratischer Form, regieret. Die gesammte Stadtgemeinde war in zwei Theile abgesöndert, davon einer aus den ältesten und verdientesten

antiquiſsimis, et praeclare olim de Republica meritis familiis oriundi, aliud Cives conſtituebant. *Patricii* ſoli ſtatum publicum Civitatis hujus formabant; itaque his ſolis jus competebat, Conſiliarios, e quibus CONSILIUM PUBLICUM componebatur, deligendi; ſed nec alteri ad Collegium hoc aditus patebat, quam qui ex ordine Patriciorum ſe eſse demonſtrare potuit. Quia tamen Cives ſe a Conſilio publico penitus excluſos eſse aegre ferebant, indeque frequentibus querimoniis, et diſsensionibus occasio data fuit, Regio Mandato aliquot ante annos ſancitum eſt, ut eidem duo ex ordine Civium Deputati, ſeu REPRAESENTANTES aſsiduo intereſsent.

ſten Familien, oder den ſogenannten Patriziern, der andere aus bürgerlichen Familien beſtand. Die erſteren allein waren der öffentliche Stand dieſer Stadt; ihnen kam es alſo allein zu die Räthe zu ernennen, woraus der öffentliche Rath beſtand, und niemand konnte zu dieſer Würde gelangen, als wer erweislich ein Patrizier war. Weil es aber der Bürgerſchaft hart fiel von dem öffentlichen Rathe gänzlich ausgeſchloſſen zu ſeyn, und daraus beſtändige Beſchwerden und Uneinigkeiten erwuchſen, ſo iſt durch einen königl. Befehl ſchon vor mehreren Jahren feſtgeſetzt worden, daß zwei Abgeordnete aus dem Bürgerſtande als ſogenannte Repreſentanten dem Rathe allzeit beiwohnen ſollen.

Publicum hoc Conſilium universa Civitatis, adsitaeque Regionis negotia politica, et oeconomica adminiſtrabat, causasque Civium tanquam primae Inſtantiae Forum ſub praesidio Gubernatoris, vel ejusdem Vicarii dijudicabat.

Der öffentliche Rath beſorgte alle politiſchen und Wirthſchaftsangelegenheiten der Stadt und der dazu gehörigen Gegend, und entſchied über die Rechtshändel der Bürger als erſter Gerichtsſtand, unter dem Vorſitze des Guverneurs, oder ſeines Amtsverweſers.

Eadem fere adminiſtrationis publicae ratio etiam in Civitate Buccarensi viguit, ubi Patricii pariter primatum tenebant, et ex horum unice gremio Magiſtratus, qui Civitati, adsitaeque Regioni praeerant, deligi ſolebant.

Die nähmliche Bewandniß ungefähr hatte es vormahls mit der Stadt Buccari: auch daſelbſt hatten die Patrizier den erſten Rang, und nur aus derſelben Mittel wurden die der Stadt und dem Gebiete vorgeſetzten Magiſtrats erwählt.

At Tractus Vinodolensis, cujus praecipuum Oppidum *Novi* compellatur, partem Comitatus Zagrabiensis, ſubinde Szeverinensis efficiebat: quoad ju-

Das Gebiet von Vinodol, in welchem Novi der vorzüglichſte Ort iſt, war vormahls ein Theil der Agramer, nachher der Szeverinergeſpanſchaft, gehörte aber in An-

ſe-

jurisdictionem territorialem ad Cameram Regiam pertinebat. Oeconomicam igitur, et judicialem illius administrationem oeconomici Officiales, prout in Dynastiis fieri consuevit; politicam vero Comitatus Zagrabiensis, subinde Szeverinensis, curabat. Quam ob causam constanter illic, aut certe in vicinia unus e Judicibus Nobilium commorari consuevit.

Verum Aug. Imperator, et Rex Apostolicus considerando hanc regiminis formam hodierno administrationis publicae systemati haudquaquam congruere, novissimo suo Decreto sequentem ordinem pro futuro constituit.

I. Collegium Publicum hactenus subsistens ad formam ordinati cujuspiam Magistratus, qualis nempe in Liberis, Regiisque Civitatibus Regni Hungariae, Partiumque adnexarum esse solet, reduxit, cui in locum Gubernatoris, qui una Capitanei Civitatis nomen gerit, Vicecapitaneus, qui simul Assessor Gubernialis foret, vicaria potestate constanter praesit, assideant vero Judex Capitanealis, qua primarius Assessor, una et Referens, tum duo Judices *communitativi*, sive e communitatibus Fluminensi, et Buccarensi delecti, aeque Referentes: unus Repraesentans Civium Fluminensium, pariter Referens: duo praeterea Secretarii, quorum unus Protocollistae, alter Expeditoris una munus sustineant. Inferiores autem Officiales sunt unus Vicesecretarius, qui una Regestratoris, et Taxatoris munere fungatur, Cancellistae quatuor, Fiscalis, simul Syndicus, unus.

sehung der Gerichtsbarkeit zur königl. Kammer; das Wirthschafts- und Gerichtswesen wurde durch Wirthschaftsbeamte, wie es auf andern Herrschaften üblich ist: die politische Verwaltung durch die Gespanschaft versehen; daher stets ein Stuhlrichter sich daselbst aufzuhalten pflegte.

Da aber Se. Maj. der Kaiser erwogen, daß diese Verfassung keineswegs in das System der gegenwärtig angenommenen Staatsverwaltung passe, so ist nunmehr für die Zukunft folgende Verfügung getroffen worden:

I. Der bisher bestandene öffentliche Rath erhielt die Gestalt eines ordentlichen Magistrates, wie er in andern königl. Freistädten in Ungarn zu seyn pflegt; statt des Gouverneurs, der auch der Stadthauptmann heißt, soll der Vizestadthauptmann, als dessen Amtsverweser, den Vorsitz haben; die Beisitzer sollen seyn: der Kapitainnalrichter, als erster Rath und Referent, und zwei Communitätsrichter aus den Gemeinden von Fiume und Buccari, beide mit Referaten; ein ebenfalls referirender Repräsentant der Bürgerschaft von Fiume, und zwei Sekretäre, davon einer zugleich Protokollist, der andere Expeditor ist. Die Unterbeamten sind ein Vizesekretär, der zugleich das Amt eines Registrators und Taxators versieht, vier Kanzellisten, und ein Fiskal, der zugleich Syndikus ist.

II.

II. Sancivit, ut munus Judicis Capitanealis perpetuum sit, communitativi autem Judices quolibet triennio liberis votis deligantur, neque in electione Magistratuum aliud, quam habilitas spectetur. Quapropter necessum est, ut, qui in hoc Magistratu dignitatem consequi desiderat, praescriptum coram Gubernio examen subeat, decretumque eligibilitatis ab eo sibi procuret.

II. Es wurde festgesetzt, daß die Kapitanialrichter das Amt lebenslänglich bekleiden, die Communitätsrichter aber alle drei Jahre durch freie Wahlstimmen ernannt werden sollen. Bei dieser Wahl wird auf sonst nichts als ausgezeichnete Fähigkeiten Rücksicht genommen. Wer daher ein Amt bei dem Magistrate zu erlangen trachtet, muß sich vor dem Gubernium vorschriftmässig prüfen lassen, um ein Dekret der Wahlfähigkeit zu erhalten.

III. Magistratui huic universa Civitatum Fluminensis, et Buccarensis, adsitaeque utrique Regionis negotia politica, oeconomica, et judicialia, sive causae civiles sint, seu criminales, curare incumbit.

III. Dieser Magistrat hat die Obsorge über alle politischen, ökonomischen und gerichtlichen Sachen, sowohl bürgerliche als Kriminalfälle der Städte Fiume und Buccari und des dazu gehörigen Gebietes.

IV. In politicis, et oeconomicis a directione Gubernatoris Fluminensis, tum Consilii Locumtenentialis Regii dependet, ab his ergo mandata accipit, et vicissim his informationes et relationes, quoties exiguntur, aut res postulat, praestare tenetur.

IV. Die politischen und ökonomischen Angelegenheiten hängen von der Leitung des Gouverneurs von Fiume und der Landesstelle ab; von diesem erhält der Magistrat die Befehle, und dahin gibt er, so oft es die Umstände fordern oder verlangt wird, Berichte und Auskünfte ab.

V. In causis civilibus ab hocce Magistratu appellatio est ad Tabulam Regiam, et ab hac, si difformes sint sententiae, ad Septemviralem; in criminalibus vero ad Tabulam Districtualem Zagrabiensem. Quodsi quis pro vitae gratia recursum facere velit, cum Gubernatori Fluminensi, ita, sicut Commissariis Regiis haec potestas concessa sit, hunc ea in re interpellandum esse, suapte sequitur.

V. Der Zug der Appellation geht von diesem Magistrate in bürgerlichen Prozeßsachen zur königl. Tafel, und wenn die Urtheilssprüche ungleich ausfallen, zur Septemviraltafel; in Kriminalfällen an die Agramerbezirkstafel. Will jemand den Weg der Gnaden einschlagen, so muß er sich an den Gouverneur von Fiume wenden, dem eben so, wie den königl. Kommissaren, die Macht zu begnadigen verliehen ist.

VI. Tam Flumine, quam Buccari, et in Oppido Novi constituti sunt singuli Assessores Judiciales, eum in finem, ut minoris momenti causas Civium, et aliorum incolarum cognoscant, dirimantque. Cum autem Judiciali Assessori Buccarensi insuper cura securitati publicae invigilandi, rectumque ordinem conservandi concredita sit, ei, praeter augmentum stipendii, titulus Commissarii Gubernialis attributus est.

VI. Sowohl zu Fiume als zu Buccari und in dem Landstädtchen Novi, ist ein Gerichtsbeisitzer zu dem Ende angestellt, damit dieselben in geringern Streitsachen der Bürger und Einwohner erkennen und entscheiden. Da aus diesen Gerichtsbeisitzern derjenige, welcher in Buccari angestellt ist, zugleich auch den Auftrag erhielt, daselbst für die öffentliche Sicherheit und Ordnung zu sorgen, so wurde ihm, nebst einer Vermehrung des Gehaltes, auch der Titel eines Gubernialkommissars beigelegt.

VII. Ordo Patriciorum singulis annis semel in coetum coeundi, eaque occasione viros sustinendis Magistratuum muniis idoneos per libera suffragia eligendi, tum, si vel gravamen quodpiam, vel aliquod Reipublicae utile inventum *(projectum)* proponendum censeret, de eo deliberandi, ac, si e re futurum videbitur, altiori potestati repraesentandi jus habet.

VII. Der Stand der Patrizier hat das Recht beibehalten, alljährlich einmahl sich zu versammeln, bei dieser Gelegenheit einige zur Magistratswürde taugliche Männer durch freie Stimmen zu erwählen, wenn sie eine Beschwerde, oder irgend einen gemeinnützigen Vorschlag haben, darüber sich zu berathen, und wenn es ihnen zuträglich und nothwendig scheinet, höheren Ortes Vorstellungen zu machen.

VIII. Cum Magistratualibus consessibus Repraesentans Civium alioquin ut Referens intersit, ejusque praecipua cura esse debeat, eo cumprimis studium, operamque convertere, ne quid parti ex industria sua viventi, Civibus nempe, detrimenti inferatur, suapte consequitur, solita Civium conventicula jam minus necessaria esse; qua ex causa Decreto Imperatoris pro futuro sublata sunt.

Rescript. d. 19 *Julii, et* 11 *Oct.* 1787.

VIII. Da den Magistratssitzungen ohnehin ein Stellvertreter der Bürgerschaft als Referent beiwohnet, und demselben obliegt, mit besonderer Sorgfalt bedacht zu seyn, damit die Bürgerschaft auf keine Weise beeinträchtiget werde, so folgt von selbst, daß die gewöhnlichen Zusammenkünfte der Bürger nicht mehr nöthig sind, daher sie auch durch ein königliches Dekret für die Zukunft gänzlich eingestellt wurden.

Caput VIII.

De Districtibus ex ratione Fodinarum separatis,

Benefica mater natura omnis generis minerarum auri, argenti, cupri, ferri, hydrargiri, antimonii, cobalti, salis fossilis &c. thesauros in Hungariae, ac Transilvaniae montibus recondidit, ut industria in iis e sinu terrae eruendis jam tum, cum Hunnorum in Europa nomen incognitum adhuc fuisset, desudans, atque usque ad aetatem nostram perdurans, nunquam se spe sua, atque exspectatione delusam fuisse doluerit.

Haec causa fuit, quod Regibus Hungariae inde a Sancto Rege Stephano in fodinis opportunum aerarii sui Regii praesidium invenientibus jus easdem colendi tanquam *Regale* Sacrae Coronae omni tempore habitum, atque ita loca metallifera diversa semper ratione, et a distinctis communi Comitatuum jurisdictioni minime obnoxiis Magistratualibus gubernata fuerint.

Quatuor sunt in Hungaria praecipui Districtus Metallurgici, sive Montanistici, Schemniczіensis nempe, Szomolnokiensis, Nagybanyensis, et Oraviczensis, quibus quintus, qui in

Achtes Hauptstück.

Von den Bergwerksbezirken.

Die gütige Mutter Natur hat so häufige Schätze von allen Orten der Metalle, des Goldes, Silbers, Kupfers, Eisens, Queckſilbers, Spiesglases, Kobolts ꝛc. und von Salz in den Bergen von Ungarn und Siebenbürgen verborgen, daß der Fleiß in seinen Bemühungen, dieselben aus dem Schosse der Erde zu ziehen, von der Zeit an, als der Nahme der Hunnen in Europa noch unbekannt war, bis auf unsere Tage nie unbelohnt geblieben ist.

Weil daher die Könige von Ungarn, von Stephan dem Heiligen angefangen, in den Bergwerken eine schicksame Quelle der öffentlichen Einkünfte fanden, ist die Erlaubniß dieselben zu bearbeiten, stets für ein Vorrecht der Krone (Regale) gehalten worden. Daher wurden auch die Bergwerksgegenden stets besonders und durch eigene Vorsteher verwaltet, ohne der ordentlichen Gerichtsbarkeit der Gespanschaften zu unterliegen.

Bevor diese Verwaltung näher erklärt wird, ist zu erinnern, daß in Ungarn vier sogenannte Oberbergamtsbezirke sich befinden, nähmlich der Schemnitzer, der Schmölnitzer, der Nagybanyer und der Oravitzer.

in TRANSILVANIA est, addendus, cujus sedes *Schlotnae*, vulgo *Zalatnae* est. Praeter hos alii duo sunt SALINARUM DISTRICTUS, alter in Hungaria, alter in Transilvania, quorum prior Maramarosienses, et Sóvárienses, posterior vero exstantes in *Dees*, *Vizakna*, *Thorda*, *Kolos*, *Szék*, et *Paraid* salis fodinas continet, ambo non solum a communi Politica, sed a Montanistica etiam hactenus jurisdictione immunes. Cum enim universa in Hungaria, et Transilvania res Montanistica a supremo Dicasterio Aulico Vindobonensi, quod CAESAREO-REGIAE IN RE MONETARIA, ET MONTANISTICA CAMERAE AULICAE nomen habet, gubernata fuerit, contra res Salinaria in Hungaria quidem a Dicasterio Regiae Hungaricae Camerae Aulicae, in Transilvania vero, prout omnia Cameralia negotia, a Thesaurariatu Regio, sub directione tamen supra nominatae Camerae Aulicae Montanisticae, dependebat.

Verum Augustissimo Imperatori visum est, negotia quoque salinaria, quantum ad fodinas, remque metallurgicam attinet, Montanisticis Dicasteriis subjicere, ita ut Salinarum Transilvanicarum Directio cum Directione Montana Zalathnensi conjungeretur, Salinae autem Maramarosienses propria Directione Montana, quam Imperator haud ita pridem stabilivit, retenta, in omnibus, excepta unice salis venditione, a superiore Camerae Aulicae in Re Metallica, et Montana directio-

tzer. Hierzu kommt ein fünfter für die siebenbürgischen Bergwrrke, von welchem das Amt seinen Sitz zu Zalathna hat. Nebst diesen sind noch zwei Salzwerksbezirke, einer in Ungarn, der andere in Siebenbürgen, deren ersterer die in Marmaros und Sovar, der zweite aber die in Dees, Vizakna, Thorda, Kolos, Szek und Paraid bestehenden Salzbergwerke und Salzgruben in sich begreifet; auch diese beide Bezirke waren bisher nicht nur von der ordentlichen öffentlichen, sondern auch von der Bergwerksverwaltung getrennet; denn wie das gesammte Bergwerkswesen von Ungarn und Siebenbürgen von der zu Wien befindlichen obersten Behörde geleitet wurde, welche die Benennung einer k. k. Hofkammer in Münz- und Bergwesen führet, so hing das Salzwesen in Ungarn von der Hofkammer, in Siebenbürgen aber, gleich andern Kammergegenständen, von dem siebenbürgischen sogenannten Thesauerriate, jedoch unter der Oberaufsicht der k. k. Hofkammer ab.

Aber K. K. Joseph II. fand für zuträglicher auch die Salzwerkssachen, in so ferne es dabei auf Grubenbau und Mettalurgie ankömmt, den Bergwerksbehörden zu unterziehen, so daß nun die Oberaufsicht über die siebenbürgischen Salzwerke mit dem Oberbergamte von Salathna verbunden ist, und die Salzwerke von Marmaros unter einen vor Kurzem eigens errichteten Oberbergamte stehen, und daher beide ebenfalls in allen, den Salzverschleiß allein ausgenommen, von der k. k. Hofkammer in Münz- und Bergwesen abhängen. Die Sovarer

Salz-

ctione dependerent; Cocturae denique Salis Sóvárienses Directioni Montanae Szomolnokiensi subjicerentur.

Hac itaque ratione hi etiam bini Districtus jam nunc Montanisticis accensentur.

Salzsohlen endlich sind dem Schmölnitzer Oberbergamte zugetheilet.

Solcher Gestalten sind beide vormahls abgesönderte Salzwerksbezirke nunmehr dem Bergämtern einverleibt.

§. 72.

Distrctus Schemniczienſis.

Districtus Schemniczienſis ſeptem Montanas Civitates, Schemniczium, Cremniczium, Neosolium, Libetham, Belabanyam, Regiomontum, Bakabanyam, omnesque fodinas in Comitatibus Zoliensi, Hontensi, Barsiensi, aliisque vicinis sitas comprehendit, et *Distrctus Montanus inferioris Hungariae* dici solet, non quasi in inferiore Hungariae parte positus foret, sed ut a Distrctu Szomolnokiensi, qui ad Septemtriones magis porrigitur, et intuitu hujus quasi superiorem Regni partem occupat, secerneretur.

Huic Regioni Montanae, tanquam ProvincialeDicasterium, Praefectura Supremi Cammergraffiatus Inferioris Hungariae Schemniczii collocata praeest, cujus Caput est supremus Camergraffius, Comes Camerarum olim dictus. *a)* Is adjunctos sibi habet tres Consiliarios, unum, qui cultu-

§. 72.

Von dem Schemnitzer-Oberbergamtsbezirke.

Dieser Bezirk enthält sieben Bergstädte: Schemnitz, Kremnitz, Neusohl, Libethen, Dülln, Königsberg und Puganz, nebst allen Bergwerken, welche in der Sohler, Hontenser und Barscher-Gespanschaft, oder in der Nähe sich befinden, und zusammengenommen gewöhnlich der Bezirk der niederungarischen Bergstädte genannt werden, nicht als ob er in Niederungen läge, sondern um ihn von dem Schmölnitzerbezirke zu unterscheiden, der mehr nordwerts sich befindet, und in dieser Rucksicht mehr den obern Theil des Reichs einnimmt.

Diesem Bergwerksbezirke steht, gleichsam als eine Provinzialstelle, das Niederungarische Oberstkammergrafenamt vor, welches zu Schemnitz seinen Sitz hat. Das Haupt desselben ist der oberste Kammergraf oder ehedem sogenannte Graf der Kammern. Diesem sind drei Bergräthe beigegeben, davon einer dem Grubenbau, der an-

a) In Decreto Caroli I. anno 1342 edito dicitur: Comites Camerarum nostrarum, sub quorum jurisdictione Montana habentur, et existunt.

turae, et operibus fodinarum, alterum, qui rei fusoriae, seu ustrinis, tertium denique, qui oeconomiae, et silvis praeest. Duo praeterea Professores Scientiae Metallurgicae, qui Regiorum rei Montanisticae Consiliariorum honore gaudent, sessionibus cum suffragii ferendi jure assistunt. Praeter hos multi alii variis praefecti muniis conspiciuntur, uti sunt: Secretarius, Protocollista, Cancellistae, Officina rationaria, fodinarum Praefecti, et Curatores, machinarum Directores, rei fodinalis *materialium* Administratores, pluresque alii, qui minerarum explorationis, vel molarum contusoriarum, vel silvarum, vel fornacum liquefactoriarum curam gerunt.

andere dem Schmelzwesen, der dritte der Wirthschaft und den Waldungen vorstehet. Auch sind zwei Lehrer der Mettalurgischen Wissenschaften vorhanden, die den Titel königl. Bergräthe führen, und bei den Berathschlagungen in Bergwerkssachen Sitz und Stimme haben. Nebst diesen gehören hierher noch verschiedene Beamte, ein Sekretar, ein Protokollist, Kanzellisten, eine Buchhalterei, Bergwerksvorsteher, Maschinendirektoren, Materialverwalter, und viele andere, welche die Scheidung der Metalle, die Pochwerke, die Schmelzöfen, die Waldungen, u. d. gl. zu besorgen haben.

A superiori hoc Dicasterio Camera Regia Montana Cremniczіensis, ubi etiam moneta cuditur, nec minus Camera Montana Neosoliensis, minora praeterea Collegia, sive Officia Montana Schemniczіense, Cremniczіense, Neosoliense, Bakabanyiense, Balabanyiense, Ujbanyiense, Libethbanyiense &c., quorum singula diversos iterum Praefectos habent, dependent. Croaticae pariter fodinae ad jurisdictionem Montanam Schemniczіensem hucusque pertinent.

Von diesem Hauptamte hängt die königl. Kremnitzer-Bergkammer ab, wo auch Münze geprägt wird, ferner die Neusohler-Bergkammer, und die unteren Bergämter von Schemnitz, Kremnitz, Neusohl, Puganz, Dülln, Königsberg, Libethen ꝛc. denen wieder verschiedene Bergbeamte (Schaffer) vorstehen. Auch die kroatischen Bergwerke gehören bisher unter das Schemnitzer-Oberbergamt.

§. 73.

Districtus Szomolnokiensis.

Szomolnokiensis Districtus, ob causam priori §o indicatam superior

§. 73.

Von dem Schmölnitzer-Oberbergamtsbezirke.

Dieser Bezirk, welcher aus den schon erwähnten Ursachen der oberungarische heißt, be-

rior dictus, complectitur fodinas, quae in Comitatibus Scepusiensi, Abaujvariensi, Gömöriensi, aliisque Septemtrionibus magis expositis reperiuntur.

Adest in Oppido Szomolnok Provinciae Scepusiensis SUPREMA INSPECTORATUS PRAEFECTURA MONTANO-MONETARIA, quae universum Districtum tanquam Dicasterium Provinciale moderatur, consistitque e supremo Inspectore, Consiliariis duobus, et octo Assessoribus. Subjectos autem sibi habet plurimos Praefectos, qui varia, prout in fodinis mos est, majora, aut minora obeunt munia.

Cum Tractus hic in diversos, longius etiam dissitos Comitatus se se porrigat, variis in partibus minora Collegia, sive Officia Montana, uti et Judicia Montana constituta sunt, quae Administrationi Montanae superioris Hungariae subsunt, utpote Szomolnokiense, Stoszense, Schvedleriense, Remethense, Göllniczense, Krompachiense, Vagendrislense, superioris, et inferioris Meczenseiff, Dobsinense, Rosnaviense, Igloviense, Olaszense, et nunc etiam Salinae Sóvárienses.

begreift die Bergwerke, welche in den Zipser, Abaujvarer, Gömörer und andern mehr nordwerts gelegenen Gespanschaften vorhanden sind.

In Schmölnitz befindet sich das Oberinspektoratamt in Münz- und Bergsachen, daß den ganzen Bezirk, wie eine Landesstelle, verwaltet, und aus dem Oberinspektor, zwei Räthen, und acht Beisitzern bestehet. Es sind dieser Stelle viele Personen untergeordnet, die, wie es bei Bergwerken gewöhnlich ist, mehr oder minder wichtige Aemter versehen.

Da dieser Bezirk in mehrere weit von einander entlegene Gespanschaften sich erstrecket, so sind an verschiedenen Orten Unterbergämter und Berggerichte, die von der oberungarischen Bergverwaltung abhängen; diese sind Schmölnitz, Stoß, Schwädler, Einsidel, Göllnitz, Krumbach, Wagendrüssel, Unter- und Obermetzenseifen, Topschau, Rosenau, Iglo (oder Neudorf) Wallendorf und Lublau: nun auch noch das Sovarer-Salzwerkamt.

§. 74.

Districtus Nagybanya.

Districtus hic, cui Libera, Regiaque, et Montana Civitas NAGYBANYA nomen dedit, ambitu suo montes, qui in

§. 74.

Von dem Nagy-Banyer-Oberbergamtsbezirke.

Die königl. Frei- und Bergstadt Nagy-Banya hat diesem Bezirke den Nahmen verliehen. Es begreift diejenigen Berg-

wer-

in limitibus Hungariae positi, usque ad Transilvaniam continua serie protenduntur, auro, argentoque praedivites continet.

Regitur a Suprema Inspectoratus Praefectura Montano-Monetaria Nagybanyiensi, cui praeter Praesidem sex Assessores, sive Referentes sunt. Horum jurisdictio se ad Collegium Monetarium eadem in Urbe existens, et pleraque alia Officia, quorum praecipua sunt Kapnikiense, Fekete-Banyiense, Lapos-Banyiense, Méz-Banyiense, Felsö-Banyiense, et juxta novissimum Constitutum etiam Ohlalapos-Banyiense extendit.

§. 75.

Districus Oraviczensis.

Regio Temesiensis, antehac Banatus Temesvariensis dictus, venienti a Tibisco latissime patentes campos offert, ultra Temesvarinum in amoenos colles sensim adsurgit, ac tandem qua parte Transilvaniam, et Valachiam respicit, in altissimos auri, argentique, prout et cupri argento gravidi, ferrique feracissimos montes desinit. Quam ob causam plures in his montibus fodinae, Boksanini, Oraviczae, Dognacskae, Szaszkae, Moldovae, Millovae, aliisque locis apertae: quae multiplici cum foenore nunc quoque excoluntur.

Re-

werke, die an den Gränzen von Ungarn in ununterbrochener Reihe bis an Siebenbürgen sich erstrecken, und an Gold und Silber sehr reichhaltig sind.

Es wird durch ein Oberinspektoratsamt in Münz- und Bergwesen verwaltet, welches nebst dem Oberinspektor noch sechs Beisitzer oder Referenten hat. Ihre Wirksamkeit erstrecket sich auch auf das Münzamt zu Nagy-Banya, und die andern im Bezirke errichteten Behörden, nähmlich die Bergämter von Kapnik, Felso-Banya, Fekete-Banya, Lapos-Banya, Mis-Banya, und das seit kurzem errichtete Bergamt von Ololapos.

§. 75.

Von dem Oraviczer-Oberbergamtsbezirke.

Die Landschaft um Temeswar, die vormahls das Temeswarerbanat hieß, hat von der Theisse her weite Ebenen; hinter Temeswar erhebt sich der Boden allgemach in angenehme Hügel: wo endlich dieses Land Siebenbürgen und die Wallachei erreicht, wird es von den höchsten Gebirgen umringt, die in ihrem Schooße Gold, Silber, Kupfer und Eisen in Menge ernähren. Daher trift man in diesen Gebürgen mehrere Bergwerke an, die vor langer Zeit in dem Bezirke der Bergämter von Bogschan, Oravicza, Dognaska, Saska, Moldova und Millova an mehreren Orten eröfnet worden sind, und noch immer den reichlichsten Segen und neue Hofnungen darbiethen.

Die

Regia Directio Montaniſtica, cui Civitas Temesvariensis antea praebuit domicilium, ſubinde Decreto Imperatoris Oraviczae consedit. E primario Montium Magiſtro, et Aſſeſſoribus quinque, qui reliqua etiam officia Montana, inter praedivites montes sparsa dirigunt, jurisdictionemque ſuam ad fodinas quoque Rézbanyenses, Magno-Varadino vicinas extendunt, conſtat.

Die königl. Bergwerksdirekzion, welche vor dem zu Temeswar den Sitz hatte, iſt nachmahls nach Gravicza verlegt worden. Sie beſteht aus dem Oberbergverwalter, und fünf Beiſitzern, welche über alle obgedachten Bergämter die Aufſicht führen, wie auch das in Oberungarn bei Großwaradein befindliche Bergamt von Reßbanya verſehen.

§. 76.

Diſtrictus Transilvaniae.

Principatum Transilvaniae, uti notum eſt, altiſsimi undique montes, Carpati propagines coronae inſtar cingunt. Ditiſsimas illi auri, argenti, omnisque generis metallorum opes complectuntur, quas neque Romani, nec iis ſuccedentes Gothi, Majoresque noſtri Hunni exhaurire potuere, nec feri etiam nepotes noſtri unquam exhaurient.

Celebriora ab auro foſsili, et auri loturis loca in Comitatu Hunyadiensi, cum Zarandiensi conjuncto, ſunt: Nagy-Ag, Csertes, Füzesd, Ruda, Porkura, Boicza, Terſztyan, Herczegan, Brad, Körösbánya &c. in Albensi: Zalathna, olim *Auraria minor*, Abrudbanya, *Auraria major*, Vöröspatak, Kerpenyes, Topanſalva, Bisztra &c. in Comitatu Tordensi, ac nominatim in Tractu *Biſtriczensi*, Rudna; in Comitatu Cibiniensi, *Olahpian*, ubi non levis

§. 76.

Der Siebenbürgiſche Oberbergamtsbezirk.

Das Großfürſtenthum Siebenbürgen iſt bekanntermaſſen rings umher durch Zweige des karpatiſchen Gebirges bekränzet. Dieſe enthalten die reichſten Schätze von Gold, Silber und andern Metallen, welche weder die Römer, noch ihre Nachfolger, die Gothen, und unſere Anherren, die Hunnen, erſchöpfen konnten, noch auch unſere ſpäten Enkel jemals erſchöpfen werden.

Die wegen Goldwerken und Goldwaſchereien berühmteſten Orte ſind in der mit der Zarander vereinigten Hunyader Geſpanſchaft: Nagyag, Csertes, Füſesd, Ruda, Porkura, Boicza, Terſtyan, Herczegan, Brad, Körös-Banya ꝛc. In der Weiſſenburger Geſpanſchaft: Salathna, Abrud-Banya, Vöröspatak, Kerpenyes, Topanſalva, Biſtra ꝛc. In der Thordaer, und nahmentlich in dem Biſtriczer Bezirke: Rudna; in der Hermanſtädter: Olahpian, wo auch die Goldwäſcherei iſt. Nebſt dieſen Goldberg-

auri lotura. Praeter has auri fodinas cumprimis memoratu dignae sunt in Comitatu *Thordensi* Torocskenses, et in Comitatu *Cibiniensi* Vaida-Hunyadienses ferri fodinae. Quis vero alias fodinas enumerabit, quae incredibilem argenti, cupri, ferri, hydrargiri vim quotannis reddunt, omnemque laborem sibi impensum amplissimo foenore coronant?

Superior in Monetariis, et Metallurgicis directio antehac a Thesaurariatu Regio dependebat, cui Collegium, sive Praefectura Regia Montanistica Zalathnensis: Administratio Ferri Fodinarum Vajda-Hunyadiensium: Officium Monetarium Albae Carolinae defixum: Officium Montanum Radnense: Auri *Campsoratus:* Auri loturae Provisoratus: Res ustoria: Officium Silvanum: Provisoratus Dominiorum Montanorum Zalathna, et Vajda-Hunyad subjecta erant. At nunc, Thesaurariatu jam cum Dicasterio provinciali, sive Gubernio Transilvanico juncto, Collegium Montanum superiore cum potestate Zalathnae constitutum est, cui supremus Rei Metallicae, et Salinariae Praefectus praeest.

§. 77.

Districtus Salinarum Hungariae, et Transilvaniae.

In Comitatu Maramarosiensi inexhaustae illae salis fodinae reperiuntur, ubi sal gemmae, sive fossile immen-

werken verdienen auch in der Thordaer Gespanschaft das Thoroczker Eisenbergwerk, und in der Hermannstädter die beträchtliche Eisenerzeugung zu Vajda-Hunyad besonders bemerkt zu werden. Wer könnte alle andere Bergwerke hererzählen, die alljährlich eine unglaubliche Menge von Silber, Kupfer, Eisen, Queckssilber ꝛc. liefern, und die darauf verwandten Arbeiten mit vielfachen Zinsen belohnen?

Die Oberdirekzion in Münz- und Bergwesen hieng vormals von dem kön. Siebenbürgischen Thesaurariate ab; unter diesem stand das Bergamt in Münz- und Bergwesen von Salathna, die Verwaltung der Vajda-Hunyader Eisenbergwerke, das Münzamt zu Karlsburg, das Bergamt zu Radna, die Goldeinlösung, die Verwaltung der Goldwäschereien, das Schmelzwesen, das Waldamt, und die Verwaltung der Bergwerksherrschaften Salathna und Vajda-Hunyad. Nun aber, nachdem der Siebenbürgische Thesaurariat mit dem königl. Gubernium vereiniget worden, ist die Oberaufsicht über die Siebenbürgischen Berg- Salz- und Münzämter dem Oberbergamt zu Salathna übertragen worden, welchem ein sogenannter Oberbergmeister vorsteht.

§. 77.

Ungarische und Siebenbürgische Salzwerksbezirke.

In der Marmoroscher Gespanschaft werden die unerschöpflichen Salzgruben gefunden, wo das sogenannte Bergsalz in unermeßlicher Men-

mensa copia effoditur, ac secundo Tibisco Szolnokinum, inde vero carris impositum, longe, lateque Regni Hungariae Provinciis advehitur.

De Transilvania Clarissimus Benkö ait: „ Si qua re alia, *muria* certe „ tam montana (sal gemmae, et sal „ fossile vulgo nuncupatur) quam „ fontana merito Transilvania prae „ ceteris Europae Regionibus gloria„ tur, quum fossilis inprimis tanta sit „ copia salis in fodinis ad *Dées akna*, „ *Szék*, *Kolos*, *Torda*, *Vizakna*, et *Pa„ raid* apertis, ut quemadmodum ve„ teres toti Scythiae, ita recentiores „ omnibus Austriacae potentiae sub„ ditis Regnis ad extremum usque in„ tereuntis mundi diem sufficere posse „ existiment. „

Eam ob rem in Comitatu Maramarosiensi in Oppidis *Szigeth*, et *Rhonaszék*, in Transilvania vero in Oppido *Torda*, aliisque paulo ante memoratis Oppidis Praefecturae fodinales rem salinariam dirigentes constitutae sunt, quarum priores a Camera in re Monetaria, et Metallica Aulica Vindobonensi, posteriores vero a Collegio Montano Zalathnensi, uti initio hujus Capitis dictum est, dependent.

§. 78.

Anterior Politica, et Cameralis Districtuum Montanisticorum Administratio.

In quolibet Districtuum hactenus memoratorum *superius Directivum Colle-*

Menge ausgefördert auf der Theisse bis Szolnok gebracht, und von da, auf Wägen geladen, durch alle Theile von Ungarn geführet wird.

Von den Siebenbürgischen Salzbergwerken drückt sich der schätzbare Schriftsteller Hr. Benkö also aus: „ Wenn auch sonst nicht, „ so kann sich Siebenbürgen doch gewiß we„ gen seines Kochsalzes mit Recht vor an„ dern europäischen Ländern rühmen, da es „ sowohl Berg- als Brunnensalz, und er„ steres vorzüglich in solcher Menge in den „ Bergwerken von Deesakna, Szek, Ko„ los, Torda, Vizakna und Paraid besitzt, „ daß, wie die Alten damit ganz Scythien, „ so die neuern alle k. k. Staaten bis an das „ Ende der Welt versehen zu können ver„ meinen. „

Zu dem Ende sind in der Marmoroscher Gespanschaft zu Szigeth und Rhonaszek, in Siebenbürgen aber zu Torda und an den anderen oben benannten Ortschaften Salzwerksoberämter errichtet worden, davon die ersteren unmittelbar von der Wienerischen Hofkammer in Münz- und Bergwesen, die letzteren aber, wie schon zu Anfange dieses Hauptstückes gesagt worden ist, von dem Oberbergamte zu Salathna abhängen.

§. 78.

Von der ehemahligen politischen und Kammeralverwaltung der Bergwerksbezirke.

In jedem Bezirke, wovon bisher geredet worden ist, war eine oberste Behörde theils

legium ſupremi Cammergraffiatus, aut ſupremi Inſpectoratus, Regiaeve Directionis, aut Theſaurariatus nomine insigne conſtitutum fuit. Collegia haec tanquam Provincialia quaedam Dicaſteria considerabantur, quaelibet Diſtrictuum ſuorum, hominumque eo ſpectantium negotia et metallurgica, et politica, et oeconomica dirigebant, inferioribusque Collegiis, et Praefecturis leges dabant. Penes haec ipsa Collegia dirigentia etiam Appellatio, ſeu Jus causas a Judiciis Montanis appellatas in ſecunda Inſtantia decidendi fuit.

unter dem Nahmen eines Oberkammergrafenamts, einer Oberinſpekzion, oder eines kön. Theſaurariats. Dieſe Behörden, die wie Provinzialſtellen betrachtet wurden, verwalteten alle in ihrem Bezirke vorkommenden, und derſelben Einwohner betreffenden ſowohl metallurgiſchen, als politiſchen und Kammerangelegenheiten, und ertheilten den unteren Aemtern die nöthigen Befehle. Imgleichen gelangte an dieſe Behörden die Appellazion in Prozeßſachen, und ſie beſaſſen das Recht als zweiter Gerichtsſtand, über die von den Berggerichten dahin gezogenen Rechtshändel zu entſcheiden.

Haec ipsa autem Provincialia Collegia dependebant a *ſuprema in Monetariis, et Montaniſticis conſtituta Vindobonensi Camera Aulica.* Ab hac proinde Mandata accipiebant: et viciſsim huic relationes, atque informationes, quoties res poſtulabat, praeſtare tenebantur; ad hoc ipsum Dicaſterium, tanquam ad ſupremae Juſtitiae Tribunal, causae deferebantur, ibique velut in ſuprema Inſtantia poſtremum judicabantur, ſeu ſuperrevidebantur.

Dieſe Provinzialſtellen aber an ſich ſelbſt hiengen von der Wieneriſchen oberſten Hofkammer in Münz- und Bergweſen ab. Von ihr erhielten ſie Befehle, und ihr waren ſie gehalten, in wichtigen Angelegenheiten Berichte zu ertheilen. Zu dieſer Hofſtelle endlich wurden die Rechtshändel als dem oberſten Gerichte gebracht, und daſelbſt revidirt, und ohne weitere Berufung entſchieden.

Quodsi quaepiam majoris momenti munia vacare contigit, Provincialium Collegiorum fuit, viros pro his idoneos proponere, quos ſubinde Aulicum Dicaſterium, intellecta Imperatoris voluntate, denominavit. At minora officia conferendi jus ipsis Provincialibus Collegiis Montanis conceſsum fuit.

So oft ein wichtigeres Amt erlediget war, lag es den Provinzialſtellen ob, einen tauglichen Mann dazu vorzuſchlagen, dann aber auf den von der k. k. Hofkammer in Berg- und Münzſachen gemachten Vortrag erfolgte die allerhöchſte Entſcheidung. Die minderen Bedienſtungen aber zu verleihen, war immer den Provinzial-Bergwerksſtellen überlaſſen.

Ci-

Die

Civitates Montanae Juribus aliarum Liberarum, Regiarumque Civitatum ſecundum Leges, et Privilegia ſua fruebantur, tantummodo quod ad rem metallurgicam, hominesque rei Montaniſticae operam navantes attinet, ſupremis Montaniſticis Collegiis ſubjiciebantur. Cum tamen inter has, et illas variae variis temporibus obortae sint controversiae, jurisdictionem ſuam violari, jam una, jam alia parte exiſtimante; multa edita ſunt Conſtituta Regia, quibus inter utramque jurisdictionem fixi quidam limites positi fuere. Ea tamen in Liberis Montanis inferioris Hungariae Civitatibus ab immemorabili fere tempore consuetudo obtinuit, ut ſupremus Camerae Schemniczienſis Comes, sive Cammergrafius in his Commiſsarii Regii munere quoad universa tam oeconomica, quam metallurgica negotia conſtanter fungeretur.

Die Bergſtädte genoßen in Kraft der ihnen verliehenen Begünſtigungen die nähmlichen Rechte, wie die übrigen kön. Freiſtädte; nur allein in Anſehung der Bergwerksgegenſtände, und der zum Bergbau gehörigen Perſonen waren ſie den Oberbergämtern untergeordnet. Da aber zwiſchen dieſen und jenen zu verſchiedenen Zeiten allerlei Streitfragen entſtanden ſind, und bald der eine, bald der andere Theil über Verletzung ſeiner Gerichtsbarkeit ſich beſchwerte, ſo ſind häufige Entſchlieſſungen erfolgt, wodurch die Gränzen der Macht des einen und des andern Theils beſtimmt worden ſind. In den Niederungariſchen Bergſtädten iſt auch ſeit undenklichen Zeiten die Gewohnheit, daß der Kammergraf von Schemnitz zugleich die Würde eines kön. Kommiſſars in allen ökonomiſchen und Bergwerksſachen dieſer Städte bekleidete.

At res *Salinarum* tam in Hungaria, quam etiam in Transilvania Camerae Regiae Hungaricae in Hungaria, et Thesaurariatui Regio in Transilvania ſubjecta fuit, prout jam ſuperius commemoravimus.

Die Salzwerke aber in Ungarn ſowohl, als in Siebenbürgen ſtanden dort unter der Ungariſchen Hofkammer, hier aber unter dem Theſaurariate, wie es ſchon oben gemeldet worden iſt.

§. 79.

Hodierna Adminiſtrationis ratio.

Auguſt. Imperatore Josepho II. regnante res etiam Montaniſtica, cum qua rem Salinarem conjunctam eſse ſupra exposuimus, mutationem quampiam ſubivit.

§. 79.

Gegenwärtige Verwaltung.

Seit der Zeit, da K. K. Joſeph II. regieret, ſind auch bei der Bergwerksverwaltung, welcher die Salzwerke zugetheilt worden ſind, verſchiedene Veränderungen vorgegangen.

Dei

Quatuor ſuperiora Montana Collegia in Hungaria, quippe Schemnicziense, Szomolnokiense, Nagy-Banyiense, et Oraviczense, tum quintum in Transilvania Zalathnense porro quoque manent. Sed jurisdictio eorum tantum ad res Montaniſticas reſtricta eſt; Politica a Commiſsariis Regiis, atque Vicecomitibus juxta communem ordinem adminiſtrantur.

Die vier Oberbergämter in Ungarn zu Schemnitz, Schmölnitz, Neuſtadt und Oravicza, und das fünfte in Siebenbürgen zu Salathna verblieben auch für die Zukunft; ihre Wirkſamkeit bezieht ſich jedoch nur auf Bergwerksſachen, die politiſchen Angelegenheiten aber ſind den kön. Bezirkskommiſſarien und den Vizegeſpanen, der allgemeinen Ordnung nach, angewieſen.

At ſuprema horum Collegiorum, totiusque rei Montaniſticae directio, prout antehac, ita deinceps quoque ab Aulica in re Monetaria, et Metallica conſtituta Camera Vindobonensi dependet, ita tamen, ut hujus jurisdictio unice ad Montaniſtica, et Monetaria, neutiquam autem ad Politica porrigatur.

Die oberſte Leitung dieſer Aemter und des geſammten Bergbauweſens hängt, wie vormahls, von der Wiener Hofkammer in Münz- und Bergweſen ab, deren Macht aber ebenfalls nur auf Münz- und Bergweſensſachen, und keineswegs mehr auf politiſche Gegenſtände ſich erſtrecket.

Quemadmodum itaque Collegiis Montaniſticis fas non eſt, ſe ſe in politica Diſtrictuum ſuorum negotia immittere, ita viciſsim ſpeciali Rescripto Regio *d.* 11 *Aug.* 1785 edito cautum eſt, ne Comitatus negotiis fodinalibus ſe ſe quocunque ſub obtentu immisceant.

Wie aber die Bergämter kein Recht haben, ſich in die politiſchen Geſchäfte ihres Bezirks zu miſchen, ſo iſt durch ein beſonderes Hofreſkript vom 11 Auguſt des Jahrs 1785 vorgeſehen worden, daß ſich die Geſpanſchaft nicht in eigentliche Bergwerksſachen einlaſſe.

Quod autem ad ſeptem Regias Montanas Civitates, quas §. 72 enumeravimus, attinet, Regio Rescripto *d.* 31 *Jan.* 1786 edito conſtitutum eſt, ut politica Civitatum negotia Commiſsarii Regii Neosoliensis, oeconomica Adminiſtratoris Cameralis Diſtrictus Neosoliensis, denique Montaniſtica, id eſt, privatae Civitatum fodinae,

Was ferner die oben (§. 72) genannten ſieben Bergſtädte betrifft, ſo iſt in Anſehung derſelben durch ein kön. Reſkript vom 31 Jäner des Jahrs 1786 angeordnet worden, daß ſie in politiſchen Angelegenheiten unter der Aufſicht und Leitung des kön. Kommiſſars vom Neuſohler Bezirke, in ökonomiſchen unter dem Kammeraladminiſtrator des nähmlichen Bezirkes, endlich in Bergwerksſachen,

und

nae, et quaeque cum his nexum habent, Comitis Schemniczienſis, ſive ſupremi *Camergrafii* inſpectioni, atque directioni ſubſint. Lubet ipſum Reſcriptum Regium iſthic adnectere:

„ Auguſtiſſimus Imperator, et „ Rex decrevit, ut, cum Adminiſtra- „ tio ſeptem Montanarum in Hunga- „ ria Civitatum e triplicis generis ne- „ gotiis, videlicet politicis, oecono- „ micis, et immediate montaniſticis „ conſtet, procuratio, et directio po- „ liticorum Regiis Commiſſariis, oeco- „ nomicorum Regiis Cameralibus Ad- „ miniſtratoribus, montaniſticorum „ vero ſupremo *Camergrafio* commit- „ teretur. Officii vero ejusdem ſupre- „ mi *Camergrafii* sit, culturam fodi- „ narum ſeptem montanarum Civita- „ tum perinde, ac eam, quae ſummi „ aerarii eſt, rite dirigere; dum aera- „ rialium fodinarum visitationem an- „ nuam inſtituit, etiam illas cum pe- „ ritis rei metallicae viris inveſtigare; „ ſtatum earum, emendationesque „ probe expendere; visitationis proto- „ collum Regio Conſilio inſpiciendum, „ ratumque habendum exhibere: ac- „ curatas de expensis, et reditibus a Ma- „ giſtratibus rationes exigere, hasque „ etiam cum ſuis animadversionibus „ Conſilio Regio ſubmittere; ſeparatam „ metallicorum proventuum cafsam „ ſaepius de improviso visitare, et „ generatim quaecunque ad culturam „ fodinarum Civitatensium provehen- „ dam neceſsaria ſunt, disponere.

„ Con-

und was dahin gehört, unter dem Schemnitzer Kammergrafenamte ſtehen ſollen. Dieſes Reſkript wird hier vollſtändig beigefüget:

„ Seine Majeſtät haben verordnet, daß, „ weil die Verwaltung der ſieben Ungariſchen „ Bergſtädte aus dreierlei Gegenſtänden, „ nähmlich: den politiſchen, ökonomiſchen, „ und unmittelbaren Bergwerksſachen beſte- „ het, die Beſorgung und Leitung der erſte- „ ren den kön. Kommiſſarien, der zweiten den „ kön. Kammeraladminiſtratoren, und der „ dritten dem oberſten Kammergrafen mit „ der Verbindlichkeit eingeräumet werden ſoll, „ daß der Obriſt-Kammergraf gehalten ſey, „ den Bergbau der ſieben Ungariſchen Berg- „ ſtädte, wie auch des höchſten Aerariums „ nach ſeiner Einſicht zu leiten, bei der jähr- „ lichen Beſuchung der Aerarialwerker, auch „ dieſe mit Zuziehung bergbauverſtändiger „ Männer zu befahren, die Werksumſtände „ und Verbeſſerungen in reife Uiberlegung „ zu nehmen, das Viſitazionsprotokoll zur „ Einſicht und Genehmhaltung der königl. „ Landesſtelle einzuſenden, über die Zubuſſen „ und Gefälle durch die Magiſtrate genaue „ Rechnung legen zu laſſen, und auch dieſel- „ be mit ſeinen Anmerkungen an die königl. „ Statthalterei zu befördern, die abzuſön- „ dernden Bergwerksgefällen-Kaſſen manch- „ mal unverſehens zu unterſuchen, und über- „ haupt alles, was zum Aufkommen des „ ſtädtiſchen Bergbaues erforderlich iſt, zu „ veranlaſſen. Die ſieben Ungariſchen Berg- „ ſtädte aber ſind dahin anzuweiſen, daß „ ſie in Bergbauangelegenheiten nichts ohne

„ Vor-

„ Contra autem memoratis ſeptem Ci-
„ vitatibus, ne quidpiam in rebus ad
„ fodinarum culturam pertinentibus,
„ ſupremo *Camergrafio* aut inscio, aut
„ non approbante, ſuscipiant, veta-
„ tur. „

§. 80.

Judicia Montaniſtica.

Hactenus in quovis Diſtrictu Montaniſtico complura Judicia Montana, quae recenſere ſupervacaneum foret, conſtituta erant, coram quibus causae quaevis, jura, proprietatem, reditusque fodinarum, homines metallis colendis addictos, rationes de adminiſtratis fodinis &c. respicientes, tanquam coram Foris primae Inſtantiae agendae erant. In Diſtrictibus quidem Nagy-Banyensi, et Oraviczensi formalia ejusmodi Fora judicialia erecta non fuere: nihilo tamen minus ipsa Officia Montana, praeter rem Montaniſticam sibi incumbentem, Judicialia quoque negotia acceſsorie pertractabant.

Qui ſententiae Fori primae Inſtantiae haud acquievit, is causam ſuam via appellationis ad ſuperius Collegium Montanum, et ab hoc ad Cameram Aulicam Vindobonensem in re Monetaria, et Montaniſtica conſtitutam, quae intuitu hujusmodi causarum ſupremum Juſtitiae Tribunal repraesentabat, deduxit.

„ Vorwiſſen und Genehmhaltung des ober-
„ ſten Kammergrafen unternehmen. „

§. 80.

Von den Berggerichten.

Bisher waren in jedem Bergamtsbezirke mehrere Berggerichte, die es überflüßig wäre, hier einzeln anzuführen. Vor dieſen Gerichten, als erſten Gerichtsſtänden wurden alle Rechtshändel anhängig gemacht, welche auf Bergwerksrecht, Eigenthum und Ertrag, auf Bergleute, Bergverwaltung und Rechnung u. dgl. ſich bezogen. In den Nagy-Banyer und Oraviczer Bezirken befanden ſich zwar nicht förmliche Berggerichte; es wurde jedoch das Rechtsweſen durch die Bergämter ſelbſt, nebſt den gewöhnlichen Bergwerksgeſchäften, beſorget.

Wer mit dem Spruche eines ſolchen Gerichtes nicht zufrieden war, konnte auf dem Wege der Appellazion ſeinen Handel an das Oberbergamt, als zweiten Gerichtsſtand, auch von da weiter zu der Wienerhofkammer bringen, welche in Anſehung ſolcher Rechtsſtreitigkeiten die höchſte Gerichtsſtelle war.

At jam nunc longe alia judiciorum forma introducta est. Primum enim superiora Collegia Montana, ad quae a Montanis primae Instantiae Foris appellationes fieri solebant, sublata, idque sancitum est, ut ad Tribunal Appellationis, sive Tabulam Regiam universae causae appellatae, more aliarum civilium causarum in Foris primae Instantiae decisarum deducerentur; hinc vero, variantibus sententiis, ulterior appellatio non jam, uti hactenus, ad Vindobonensem rei Montanisticae, et Monetariae Cameram Aulicam, verum ad supremum Justitiae Tribunal, Tabulam nempe Septemviralem, fieret.

Quod vero ad Fora primae Instantiae attinet, ea quoque in parte non levem mutationem futuram dubium non est. Sed cum opus hocce in praesentia sub incude sit, quidquid decisum fuerit, Lectoribus ob oculos suo tempore ponetur.

Nunmehr aber haben diese Rechtssachen eine andere Leitung erhalten. Es wurden nähmlich die Oberberggerichte, an welche erwähntermaßen die Rechtssachen von den ersten Gerichtsständen appelliret werden mußten, aufgehoben, und zugleich festgesetzet, daß alle bei den ersten Gerichten entschiedenen Rechtshändel unmittelbar an die kön. Tafel, als Appellazionsstelle, so wie alle übrigen bürgerlichen Streitsachen, gebracht werden, von daher aber, wenn die Rechtssprüche ungleich ausfielen, der weitere Zug nicht mehr an die K. K. Hofkammer in Berg- und Münzsachen, sondern an die oberste Justizstelle, das ist: die Septemviraltafel, gehen soll.

Was aber die Gerichte der ersten Behörde anbelanget, ist es ausser Zweifel, daß auch dießfalls nicht geringe Abänderungen geschehen werden. Da man aber eben itzt daran arbeitet, so müssen wir uns vorbehalten, was dießfalls verfüget wird, zu seiner Zeit nachzutragen.

Caput IX.

De Districtibus Privilegiatis.

Inter eos Districtus, qui Privilegiis Regiis a communi jurisdictione penitus, vel parte aliqua exemti, separata

Neuntes Hauptstück.

Von den privilegirten Freibezirken.

Unter denjenigen Bezirken, welche durch königl. Gnadenbriefe von der allgemeinen Gerichtsbarkeit ganz oder zum Theil freige-

quaedam corpora formabant, numerantur: Regio-Jazigum, et Cumanorum, Oppida Hajdonicalia, Sexdecim Oppida Scepusiensia, Oppida Decem Lanceatorum, Sedes Vajkensis, et Verebeliensis, Nobiles Campi Turopolya, Districtus Tibiscanus, Districtus Kikindiensis.

§. 81.

De Regione Jazigum, et Cumanorum.

Cumani eam, quae nunc Moldavia dicitur, Provinciam olim incolentes, a vicinis Tataris victi, profligatique, quo se, suosque ab extremo interitu liberarent, a Bela IV. Rege, ut ad Hungariam una cum Rege suo Kutheno susciperentur, orarunt. Susceptis Regales campi late patentes partim cis Tibiscum, partim trans Tibiscum pro perenni habitatione anno 1239 adsignati sunt.

Jaziges pariter facta in Hungariam irruptione devicti, quia Christianam Religionem sese assumere velle declararunt, obtenta venia jam anno 1080, proinde ante ingressum Cumanorum, amplissimas terras Regales obtinuerunt, nomine quidem a Cumanis distincti, at neutiquam natione. Cum enim ii in arte sagittas jaciendi excelluerint, atque ideo ut sagittarii Regii in bellis adhibiti sint, derivato ab Hungarica voce *Jász*, quae sagittam signifi-

sprochen sind, werden begriffen: 1) die Landschaft der Jaziger und Kumaner; 2) die Haidukenstädte; 3) die sechzehn Zipserstädte; 4) die Städte der zehn Lanzenträger; 5) der Waiker- und der Verebelerstuhl; 6) die Edelgemeinde von Turopolia; 7) der Bezirk an der Theisse; und 8) der Kikinderbezirk.

§. 81.

Von der Landschaft der Jaziger und Kumaner.

Die Kumaner bewohnten einsmahls das Land, welches nun die Moldau heißt; da sie aber von den Tatarn überwunden und verjagt wurden, bathen sie den König Bela IV., um ihren gänzlichen Untergang zu vermeiden, daß er sie sammt ihrem Könige Kuthen in Ungarn aufnehme. Sie wurden erhört, und man wies ihnen im J. 1239 königliche weitschichtige Ländereien dieß- und jenseits der Theisse zu stäten Wohnplätzen an.

Eben so haben die Jaziger, da sie bei einem Einfalle in Ungarn überwunden wurden, weil sie zur Annehmung des christlichen Glaubens sich bereit finden liessen, schon im J. 1080, also noch eher als die Kumaner, beträchtliche königl. Grundstücke erhalten. Dieses Volk ist übrigens nur dem Nahmen nach, nicht aber in der Abstammung, von den Kumanern unterschieden; weil sie nähmlich im Pfeilwerfen sehr geübt waren, und als königliche Bogenschützen in den Kriegen gebraucht wurden, so erhielten

sie

ficat, vocabulo *Jaziges*, interdum *Balliſtarii*, et hoc etiam nomine corrupto *Philiſthaei* cognominabantur.

ſie von dem ungariſchen Worte Jasz, welches einen Pfeil bedeutet, den Nahmen Jaziger, manchmahl auch im Lateiniſchen Balliſtarii, und durch Verunſtaltung dieſes Wortes: Philiſtaei.

Regiones, quas Jaziges, et Cumani tenent, diſtinctum antehac corpus efficiebant; diſtinctis Judicibus, diversis Magiſtratibus regebantur, a directione Palatinorum Regni Hungariae pendentes, qui propterea *Comites, et Judices Jazigum, et Cumanorum* dicti ſunt, atque hoc nomine inde a vetuſtiſsimis temporibus *honorarium* aureorum 3000 ab iis per annos ſingulos percipere ſolebant.

Die Landſchaften, welche die Jaziger und Kumaner bewohnen, machten vormahls einen Körper aus, der durch eigenthümliche Richter und Vorſteher verwaltet wurde, und unter der unmittelbaren Oberaufſicht des Palatinus ſtand, welcher daher auch den Titel eines Grafen und Richters der Jaziger und Kumaner führte, und dafür ſeit den älteſten Zeiten alljährlich einen Ehrengehalt von 3000 Dukaten aus gedachten Ländereien bezog.

At Imperatori Diſtrictui huic, nihil ceteroquin de privilegiis demendo aliam gubernationis normam, quae hodiernae aetati magis conſentanea ſit, praescribere placuit. Haec in *Rescripto Regio d.* 21 *Dec.* 1786 continetur, et ad ſequentes articulos reduci poteſt.

Nunmehr aber fanden Se. Maj. der Kaiſer für gut, dieſem Freibezirke, ohne übrigens deſſen Privilegien aufzuheben, eine andere, dem jetzigen Zeitalter mehr angemeſſene Verwaltung zu verleihen. Die deshalben ergangenen Vorſchriften ſind in einem königl. Reſcript vom 21. Dezemb. des J. 1786 enthalten, und laſſen ſich auf folgende Punkte bringen:

I. Tota Regio Comitatui Peſtinensi ita adjecta, et incorporata, ut non jam tanquam ſeparatum aliquod corpus, ſed velut pars Comitatus non ſecus ac de Liberis, Regiisque Civitatibus capite V. dictum eſt, deinceps conſideranda sit.

I. Die ganze Landſchaft iſt der Peſtergeſpanſchaft ſo zugetheilt und einverleibet worden, daß ſie nicht mehr als ein abgeſonderter Körper, ſondern als ein Theil der Geſpanſchaft eben ſo, wie von den Freiſtädten gemeldet worden iſt, in Zukunft angeſehen werden ſoll.

II. Munus ſupremi Jazigum, et Cumanorum Judicis, quod cum Palatinali dignitate junctum fuiſse diximus,

II. Da ſolcher Geſtalten für dieſe Bezirke eine neue von der vorigen verſchiedene Behandlungsart der Geſchäfte vorgeſchrieben wur-

mus, cum pro his ipsis Districtibus peculiaris, priorique dissimilis administrandae Reipublicae forma jam determinata sit, suapte cessat.

III. Superior igitur directio in Politicis Procomiti, in Oeconomicis vero Regio Administratori Camerali Pestinensi, sub cura tamen, et vigilantia Commissarii Regii Pestinensis, credita.

IV. Contra autem interior, eaque immediata totius Regionis directio ab uno Moderatore, qui Capitanei *Jazigum, et Cumanorum* nomine compellatur, et charactere illo, qui alteri Vicecomiti competit, annuoque 700 florenorum stipendio fruitur, pendet. Is, prout dictum est, Vicecomiti in Politicis, et Administratori Camerali in Oeconomicis tanquam superioribus Magistratibus paret, eorumque singulis protocolla statis diebus mittit.

V. Quo autem Capitaneus idem negotia Districtus sui politica, et oeconomica tanto facilius administrare possit, adjuncti ei sunt:

Superior Notarius cum stipend.	fl. 500.
Protonotarius	— 200.
Tres Cancellistae, singuli cum	— 100.
Filialis Perceptor	— 500.
Contrascriba	— 200.
Duo particulares Perceptores, singuli	— 130.
Medicus	— 450.

At-

wurde, so höret das Amt eines obersten Richters der Jaziger und Kumaner, welches, wie oben gesagt worden ist, mit der Würde des Palatins beständig verbunden war, von sich selbst auf.

